



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

Dévay Biró, Mátyás

[Nürnberg], [1537]

VD16 D 1300

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

4
L. III. 65.


of us gawrd gods
gud, dnuv uouf mit
gura wouu ar uo
gudon mit uozou
fingz fupf agunf
not wozon wozou
gudon uo uozou
not uo uozou
en fup he mcht uo
en wuff ghemom
wamer en man uo
se fencu. **L. III. 65.**
fencu also fuphe
so moghen bode in
te. **M.** so men
fencu uo uozou

... in hrou
... daf...
... so mocht
... was dar he
... in ghe...
... don papen
... dar men en
... dar en me
... de he gaf se
... re nicht heb
... nicht heb
... on se take
... nicht messe
... in hrou
... die wine...
... von es...
... vanden...

... cord...
... in hrou...

Th. 1477.

[Faint, mostly illegible handwritten text, possibly in a medieval script, with some red ink markings.]



DISPVATIO
DE STATV IN QVO SINT
BEATORVM ANIMAE POST HANC
uitam, ante ultimi iudicij diem.

ITEM DE PRAECIPVIS AR-
TICVLIS CHRISTIANAE DOCTRINAE,
Per Matthiam Deuay Hungarum,

His addita est

EXPOSITIO EXAMINIS QVO
MODO A' FABRO IN CARCERE SIT
examinatus.

Luce v.
Præceptor, in uerbo tuo laxabor hęc.

DISPUTATIO

DE STATU IN QVO SINT

ERRATA ANIMALIUM

ET

ITEM DE PRÆCIPUIS AR-

TICULIS CHRISTIANÆ DOCTRINÆ

PER

Hic addit est

EXPOSITIO EXAMINIS QVO

MODO A FABRO IN CASCIA

EXAMINATA

PLATEA

EXCEPTOR IN REBUS

AD LECTOREM.

SATIS apparet quomodo Sathan ubiq; se opponat, ne doctrina Euangelij syncera etiam apud aliarum linguarum homines innotescat. Nam cum uir doctiss. & optimus D. Matthias Deuay, in sua lingua Cassouia & alibi in Hungaria Euangelion annunciaffet cum magno fructu, excitauit Sathan zizania sua per Monachum quendam Zege diensem, qui uarie calumniatus est sanam doctrinam. Quare D. Matthias rationem publice toti mundo uoluit reddere, quod nihil impium aut scandalosum in Hungaria praedica- uerit, & hos duos libellos adornauit, in quorum altero pri ore disputat contra abusum inuocationis sanctorum, quod ea non solum frustra sit, sed & impia: Si quidem soli Christo honos inuocationis debetur, & Sancti nondum sunt consummati, sicut Epistola ad Hebraeos dicit ca. 11. Et Paulus dicit: quod etsi non omnes morientur, tamen omnes subito mutantur. Et ad Thessalonicensem, quod nos non anteuertemus eos qui mortui sunt. Haec fuit causa pio homini, cur de statu animarum post hanc uitam disputaret ex professo, ut scilicet inuocationem Sanctorum ex hoc fundamento totam conuelleret & euerteret, Siquidem Sancti, etsi sunt, & suam quietem habent, tamen nobis sunt acsi non essent, quod attinet ad inuocationem & intercessionem, sicut Esa. quoq; dicit: Abraham nescit nos &c. In posteriore libello, quia quaedam ipsius propositiones ab infano Monacho iniquiss. calumnijs publico scripto erant traductae, propter fratres quos in Hungariae regno habet, coactus est ab istis calumnijs sententias suas uindicare, in quibus (nam breues propositiones sunt) fere omnia complexus est, quae ad fidem nostram docendam requiruntur. Has lucubrationes speramus bonis omnibus

a 2

gratiss.

Sicorum inuocatio

Hebr. 11

Thessalo

Esa. 1

gratissimas fore, quod sunt quasi primitiæ, quæ domino,
tempore Euangelij ab aliâ nationum hominibus offerunt.
Quare non gratias solum pro hoc dono agere, sed & Deum
orare debemus, ut hoc pacto Euangelion suum propaget
etiã in aliã regna, ut quemadmodum hæc doctrina apud
Germanos gloriam Christi, quam Sophismatibus suis Mo-
nachi oppresserunt, illustravit, ac Pontificis & suorum impi-
etatem in publicum produxit, ita etiã aliã nationes stu-
dio cognoscendæ gloriæ Christi, & odio Papæ, qui uere
Antichristus est, impleantur, Amen.

REVEA

REVERENDO DOMINO EME-
RICO BEBEC, PRAEPOSITO AL-
benſi, domino & patrono ſuo, Mat-
thias Deuay gratiam & pacem.

ANno ab hinc quarto Reuerende Domine, cum Rex
Quinqueceſſas eſſet profectus, dignitas tua Budæ,
poſt ſuæ Maieſtatis diſceſſum, aliquot dies egit, ſecutura
Principem: ego interim, meo tunc fungebar officio. Die
quo propemodum itinere nos accingeremus, conuenit me
ex fratribus noſtris quidam, impenſe a me contendens, ut
nonnihil de Sanctorum dormitione ei in litteras mittere.
dicebat cauſam, eſſe quosdam Papismo deditos, qui neruis
omnibus doctrinæ noſtræ renitetentur. Cuius precibus ui-
ctus alioqui amiciffimi & de me benemeriti, craſſe quaſdã
ſententias illi delinãui, & quidem (q̄ ſciam) tantũ de San-
ctorum dormitione. Is uero haſce meas ſententias alteri ex
fratribus, ut in unum ordinem redigeret, & ut de ſuo quoq̄
ubilibet adderet, dedit. Accepta prouincia redegit in ordi-
nem: & inſuper de uno mediatore Chriſto, de non inuocan-
dis ſanctis, deq̄ ſtatu mortuorum poſt hanc uitam ſcripſit
in formam iuſti libelli, qui liber cum in manus Franciſcani
cuiuſdam perueniſſet, Apologiam aduerſus eum ædere uo-
luit. Hoc autem moliebatur multo tempore, ſed quod diu
parturiebat, tandem peperit, me ubiq̄ ſuo more proſcin-
dens: cum ut dixi, nil niſi de Sanctorum dormitione me
ſcripſiſſe ſciam, & quidem pinguiſſime, ut tunc ferebat tem-
poris occaſſo. Et ſuas ueritates (ſi dijs placet, ſic enim lo-
quitur) effert plurimum, triumphum ante uictoriã canens.
Ego uero & ſi ſciam, quam ſit mihi curta ſupellex, & toties
ueritus ſum meam infantiam, ſeculo noſtro prudentiſſimo
irridendam exponere, tamen coegit ad hanc impudentiam

De ſanctorum dormitione

Franciſcanis

ut ita loquar, pseudo fratris pernicacia, qui nedum Euange-
licos uiros, sed & ipsum Christum, non ueretur blasphemare,
suo maximo malo. Coegerunt et uiri fratres, duplici
nomine, ut & Monachi nenas euerterem, & ut meae praedi-
cationis fidem facerem. Cuius testis est utraq; Pannonia,
uterq; Rex Vngariae, quorum (gratia Deo) expertus sum
indignationem, insuper uincula & carceres; ut cum Pau-
lo in meis infirmitatibus nonnihil glorier. Quare mi do-
mine Emerice, hunc quamlibet serotinum foetum ingenioli
mei tibi offero: iam fustus scripturus de locis memoratis &
de alijs, apud te, & apud meos, pro mea uirili, ueritati patro-
cinaturus. Patior inter imi subsellij homines numerari, mo-
do testimonium uerae praedicationis habeam apud posterita-
tatem. Eo autem candore scripsi quo debui, tu ergo & fra-
tres omnes Christiana censura hoc meum scriptum iudica-
te. Vale in Christo, una cum tua consorte, pro qua, uer-
bo Dei eruditus, omnem paternam haereditatem maluisti
amittere, quam more quorundam, per uagos concubitus, ut
modestiss. loquar uoluitari. Datum ex Saruar, anno salutis
nostrae 1535, iu ferijs Pentecostes.

CONFVTACIO

APOLOGIAE CVIVSDAM GRE-
GORII SEGHEDIENSIS, ORDINIS S. FRAN-
cisci, super quadam sententia Matthiæ Deuay,
æditæ per eundem Deuay Hungarum.

Sic proponit frater ille.

QVAESTIO.

VBi sunt corpora & animæ Sanctorum in Christo dor-
mientium?

Et An sciant aliquid de nobis?

Et An possint orare pro nobis?

Et An sint inuocandi pro mediatoribus?

RESPONSIO.

PRIMA VERITAS.

COrpus Christi diuinū saccus in morte concisus Psal. 29. & a diuinitate non separatus, in triduo suscitatus, & uiuificatus, circumdatus gloriæ, læticia. Assumptus est in cœlum, ne uideret corruptionem, Dauid Psal. 15. prophe-
rante, & Petro Actuū 2. attestante.

De corporibus aliorum, quin sint in puluere, nulla doctis est quæstio, nisi q̄ de corpore Deiparæ uirginis, et Ioannis, Christi & matris eius cognati, pia est disputatio, sed non modo determinanda responsio. Hactenus ille frater.

Sequitur

ps. 29.

ps. 15.

actu. 2.

SEQVITVR CONFVTACIO.

Nihil minus erat mihi in uotis, quam scriptis belligerari cum quoquam, sed fratris uerba etsi scopæ potius dissolutæ, & arena sine calce sint, tamē audet eas protrudere nobis. Quare et ego perfricta fronte dicam, iacta esto alea, legant qui uolent, qui non, abijciant. Cum fratre disputo. Doctiss. iudicio nihil præiudico.

¶ Primum omnium præfari uisum est, ne quempiam dicitio Monachi deterreat, gaudent enim ipsi hoc dicendi genere etiam in concionando. Et ante, statim in uestibulo operis uim fecisse uidet Grammaticæ, corporis Epitheton in masculino genere ponens, Sed doctor est, penes quem stat Grammatices autoritas.

Cæterum q̄ nullam doctis dicit esse quæstionem, quin aliorum Sanctorum corpora, excepto Christi corpore, sint in terræ puluere: bono uiro maximas habeo gratias. An indocti fuerunt illi, qui Sanctorum cum Christo ascensionem de limbo cum corporibus suis in literas miserunt? Equidem demiror qua fronte dogmata scholastica hactenus tot sudoribus defensa, hic homo eleuare audeat.

¶ De Christi uero glorioso corpore, et eius Ascensione, nulla nobis erat quæstio. Sed iniquam causam agit frater, ne nihil dixisse uideat, etiamsi extra choræ uel oleam, ut habet prouerbiū. De corpore inquit Deiparæ uirginis, & Ioānis, Christi & matris eius cognati (hūc textū De lius natator exquirat) pia est disputatio, sed non modo determinanda responsio. Imo determinanda erat, & scripturis fide dignis confirmanda. Nam tibi tam frigide & ieiune theologizanti non creditur: cum ne una quidem litera probabis hos quoq̄, Sāctos corpore & anima esse in cœlo, ne sine nobis consumarentur, ut uidebimus, Pergit frater.

Secunda

SECUNDA VERITAS.

A Nimæ peruersorū deorsum sunt, in inferioribus terræ, traditæ in manus gladij, ubi partes uulpium erunt, in æternum Psal. 62. Iob 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Lucae 16. Diues sepultus est in infernum. Apocalip. 20. Dedit mare mortuos suos, & mors, & infernus &c.

ps. 62
Iob. 21.
Luc. 16.
apoc. 20

TERTIA VERITAS.

A Nimæ Sanctorū omnium in Christo dormientium sursum sunt, in loco ubi Christus est, in dextra Dei sedens Colo. 3. quem locum nos cœlum simpliciter, regnum cœlorū & montem Dei appellamus. Hæc ille.

Colos. 3.

CONFVTACIO.

Non me clam est, uel nostro seculo, esse quosdam, rara doctrina & omni eruditione celebres, quibus quæstio hæc, quæ de sanctorum dormitione, & statu post hanc uitam controuertit, uideatur inutilis, meo tamen iudicio, multum lucis adfert, tum fidei, tum doctrinæ Christianæ, locus hic probe intellectus: Sic enim incipimus diffidere creaturis & sanctorum dignitati, & meritis, si quatenus dormire, nihilq; opis ferre nobis dicantur, cognouerimus. Quare ego meam sententiam propono, iudicandi potestatem ecclesiæ Christi, quæ ductu spiritus regitur, facturæ.

Doctor meus locos assignauit, damnatis infernum, saluatis cœlum, sed quid proprie infernus sit uidendum est.

DE INFERNNO.

b

Incon-

Infernum s^t
Statib⁸ d²
math. 5.

1. Petri. 1.

Yoh. 3.

Hiob. 15.

Eccl. 20.

ecclesiastes. 12.

Inq

IN confesso est, infernum aliquando significare statum post hanc uitam, tum bonorum, tum malorum. Status uero damnatorum proprie Gehenna dicitur, Matth. 5. Item fossam ac sepulchrum, & est fundum uniuscuiusque rei. Porro omnis homo aut fidelis est, aut infidelis, constans ex corpore et aia. Fidelis adhuc in uita saluatur, & est haeres omnium bonorum spiritus: nostra enim conuersatio in caelis est. Item, si filij & haeres, Cum moritur, salus ac uita ei reuelatur. Salus siquidem animae, est finis fidei nostrae, 1. Petri 1. Infidelis in uita damnatur, qui enim non credit, iam damnatus est Io. 3. Antequam dies eius impleantur, peribit, Hiob 15. Cum moritur non tunc damnatur, sed tunc damnatio eius reuelatur. Moritur ergo iustus, pius, fidelis, corpus eius descendit in infernum, in suum sepulchrum, ad fundum, id est, in terram, unde sumptum est, quae est mater omnium, Ecclesiastici 20. Anima descendit in suum infernum, fundum, ac sepulchrum Ecclesiastes 12. donec redeat puluis in terram unde erat, & spiritus redeat ad Deum qui fecit eum, ibidem ibit homo in domum aeternitatis suae. Infernus ergo corporis, terra: Infernus animarum beatorum, id est, status, caelum. Christus, requies, beatitudo. Damnatorum, gehenna, tristitia, moeror, conscientia irrequieta, desperatio, uermes, ignis, & quid non? Animarum status utrarumque aeternus est, corporum non item, sunt enim suo tempore animabus uimenda.

Vel ex his liquet ubi sint corpora & animae sanctorum, corpora & animae damnatorum. Homo qui uiuis discedit uel in fide, uel in infidelitate: si in fide, corpus descendit in suum infernum, in terram, Anima in suum infernum in suum statum immortalem ac sine carentem: Si in infidelitate corpus descendit in infernum, ut diuitis, Lucae 16. in terram in die iudicij animae uniuersum, Anima in suum infernum, in statum immortalem, in gehennam. Possent uti testimonijs si in re tam clara

clarā ut uel cæco perspicua sit, opus esset, & sic sentire de statu animarum post hanc uitam, salutarum et damnatarum, non uideo quid habeat incommodi. Prorsus fidei analogā est hæc prophetia. Philastrius Episcopus Brixienſis, cuius & Augustinus meminit, ad Quoduult Deū, hæresim docere fatetur eos, qui dicunt ad infernum iuxta scholasticorum sensum descendisse Christū &c. Sed iam quatenus dormire dicantur uidendum.

ANIMAE SANCTORVM QVATENVS DICANTVR DORMIRE.

Iam in abruptum quæſtionis ueni, hæret in uado, ut Ambrosianis uerbis utar, non desunt qui ut somnii, ita & dormiendi uocabulum ad corpus tantum referant. Ego ut pollicitus sum, rem ut intelligo aperiam, & dormiendi uerbum ad utramq; partem hominis refero, & similitudinariè loqui scripturam. Non dubito, quin quemadmodum dormiens ignorat eos qui uiuunt, resq; eorum, sic & sancti dormiunt nobis, ignorantes nos, nostraq; iuxta ac dormiens corpore, ignorat suos. Cæterum & ratione resurrectionis dicuntur dormire, cum expergescet ac resurgent, tum boni tum mali. Hiob 14. Cum dormierit, non resurget homo, donec alteratur cælum non euigilabit, & non cõsurget de somno suo. Et Danielis 12. Multi qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt, alij in uitam æternam, alij in opprobrium, ut uideant semper. Hiob 14. Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles nescit illud. Astruit plane eorum erga nos ignorantiam. Et est sensus: Nec relinquitur ei ulla suorū cura aut sollicitudo post mortem, siue enim splendide se gerant filij sui, siue contemptibiliter, nec sentit, nec meminit, nec conqueritur. Et Hiob 21. Quid ad eum attinet de domo sua post se?

Hiob. 12.

Daniel. 12.

Hiob. 21.

b 2

Ecclesia-

Ecclesiastes 9

Hieronymus 9

Esaie. 63

math. 22.

Eccl. 38

prom. b

Joh. 5.

Ecclesiastes 9. Viui sciunt se morituros, mortui nihil nouerunt amplius. Vbi Hieronymus. Non est enim aliqua in morte sapientia, nullus post dissolutionem uitæ huius sensus. Non uideo quomodo possit eludi hic locus tam apertus: Mortui. n. nesciunt quicquid, iam enim anima separata a corpore, de rebus huius mundi nihil nouit, translata in seculum animarum, ad contemplationem regum diuinarum. Ibidem rex sapientiss, dicit: Nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Esa. 63. Abraham nesciuit nos, Iacob ignorauit nos. Sancti mortui uiuunt quidem Deo qui non est Deus mortuorum, sed uiuorum, Matthæi 22. sed nobis mortui sunt, ignorant nos, ut ne micam quidem fiducia cordis nostri in eos collocemus; Nam quem admodum dormiens uiuos adiuuare nequit, ita mortui sancti nos adiuuare nequeunt. Ecclesiastici 38. Memento nouissimorum & noli obliuisci, quia non est conuersio, & huic nihil proderis. Non profunt nobis mortui sancti, nec nos prodesse possumus mortuis, sed ut Prouerb. dicitur: Comedunt fructus uitæ suæ &c. Nec tamen negamus sanctos uere uita spirituali. Deus est Deus uiuorum, Deus est Deus Abraham & omnium fidelium, ergo Abraham & omnes fideles in Christo mortui, uiuunt, sed quas in illa uita habeant actiones, quod sciam non prodit scriptura. Nobis salua fide sufficit de eis scire, quod sint in sinu Abraham, quo & Lazarus deportatus est, qui est societas Abraham & omnium sanctorum, seu ut Gregorius exponit, secreta requies patrum. Sunt in uita. Ioannis 5. Transiuit de morte ad uitam. Recitat Sunt in Deo, Ecclesiastes 12. spiritus redibit ad Deum, quod scribitur In paradiso, hodie mecum eris in paradiso, dicit Christus ad latronem, In pace, Sapient. 3. Ipsi autem sunt in pace. cetera uita In requie, Hebræ. 4. Inrorierunt in requiem. Psalm. 114. beatorum. Convertere anima mea in requiem tuam &c. In refrigerio. Sapient.

Sapient. 4. In gaudio, Ecclesiastic. 8. Omnes enim mori-
mur, et ad gaudium uenire uolumus. In benedictione. Idē
capit. 1. In die defunctionis suæ benedicitur. In securitate,
Hiob 11. defossus securus dormiet, requiescis, & non erit
qui te exterreat. Prouerb. 1. Absq; terrore requiescet &c.
In Christo & cum Christo, Cupio dissolui & esse cum Chri-
sto, dicit Paulus Philip. 1. In salute, Reportantes finem fi-
dei uestre, salutem animarum uestrarum, 1. Petri 1. In conso-
latione, Lucæ 16. Hic cōsolatur, tu cruciaris. In manu Dei
Sapient. 3. & Christus in manus patris commendat spiri-
tum suum. In ciuitate spiritali, Hierusalem, Hebræ. 11.
Parauerat illis ciuitatē. In societate Christi & Dei, 1. Io. 1.
Societatem habemus cum patre & filio eius Iesu Christo.
Item ut societatem habeant nobiscum. Sed quid opus mul-
tis? Quid potuit dici clarius de eorum statu, q̄ hæc testimo-
nia sunt? Dormiant ergo, id est, ignorent nos, uiuant uero
suo uiuendi modo, uiuant Deo, Et nobis curæ sit, ut & nos
uiuamus Deo, Rom. 14. & Gal. 2. ut nos quoq; uera fide
pietate, ac charitate præditi, in eorum societate ueniamus,
Hebræorum 12.

¶ Vel ex his colligere possumus epulonis apud Lucam
negotium, si historia est, cum ageret animam, illa uerba ad
Abrahamum de Lazaro emissa esse, signa desperatæ ac de-
sponsæ conscientie, aut a Christo, similitudinariæ, ac para-
bolice, ut aperte fatetur Cyrillus, esse producta. Hæc enim
res unica non uideo quomodo possit testimonijs superioribus
opponi. Et cum scriptura interpretetur scripturam,
perfecto superiores loci debent hunc unicum interpretari.

Agitata est hæc caussa uel ab ipso Graciano Ca. 13. & 2. ubi glossator sic dicit: Gracianus mouet hanc quæstionem
incidentem: Vtrum mortui sciunt quæ in mundo geruntur
a uiuis? Et respondet q̄ non. Vide & Philonem in ui-

b 3 ta Del-

Sapient. 2.

Hiob. 11.

Philip. 1.

1. Petri. 1.

Incy. 16.

Hebre. 11.

Rom. 14.

Galat. 2.

Gracianis

Gregorij

ta Deboræ libro Biblicarū antiquitatū, de hac cōtrouersia sic loquentem: Respondit Deborā, & dixit ad p opulum: Adhuc uiuens homo potest orare pro se, & pro filijs suis, post finem autem nō poterit iterum orare, nec memor esse alicuius. Propterea nolite sperare in patres uestros, non enim proderunt, nisi similes inueniamini eis &c. Gregori- Neocesariensis Episcopus in Eccl. cap. 9, Et ut semel dicā, nihil ex rebus nostris commune futurū eis, qui hinc migra- rint. Idem. Fruere ergo præsentibus, neq; ab inferno tibi timendum, in quem omnes proficisci dicimur. Expers em̄ est sapientiæ sensusq; Illud autem Gregorij; Quid est quod nesciant, qui uidentem omnia uident? Et de speculis facile eludi potest, cū sit sine ullius scripturæ autoritate assertū.

Locum uero, qui corporalis esse non potest, digito ostē dere non possumus. Hic autem nihil facio, sannas fratris & dicteria, qui ita ludit: Animæ inquit, si dormiunt, cur nō etiam stertunt? & ubi? in cauernis aut domibus? Sic enim Philosophus ille putat capulum rei prahendisse, scriptu- ras calumniando. Non mea sunt uerba, sed spiritus sancti. Expostulet cum eo, Stephanus obdormiuit in domino. De dormientibus scribit Paulus Thessa. Ex quibus multi dor- mierunt. 1. Corint. 15.

Paul.

Chrysostr.

¶ Augustinus in Enchiridio. Tempus quod inter homi- nis mortem, & ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut quæque digna est uel requie, uel erumua, pro eo quod sortita est in carne, dum uiueret, 13. q. 2. In abditis receptaculis, glossator. i. abditis locis nobis occultis, Lege & Chrysostr. Homelia 29, super Matthæum, si placet.

¶ Hic tres quæstiones utcunq; soluimus. Infernus quid sit, Sanctorum animæ & corpora ubi sint, & utrum sciant nos, Sancti uiuunt Deo, & uere sentiunt, gustant, ac experi- untur

untur Deum. Quare uita eorum non in loci qualitate, sed
in Dei experientia consistit, ubicunq; sint. Sufficit nobis
scire eos esse in Deo secundum scripturas, Deus est gaudi- *Deut. 31*
um, pax, uita, salus, consolatio, bonitas, refrigerium, requies,
foelicitas, summum bonum. Iam qui in Deo sunt, sunt in
pace, uita, requie &c. Qui in Deo non sunt, ut damnatorum
anima, sunt in malis, his bonis contrarijs. Cæcus quoque in
loco sit, non experitur lumen. Diabolus semper est in suo in
ferno, quia non experitur Deum, etiam si circuat nos &c.
Et utrum sciant nos. Hæc est ratio cur uelim hanc quæsti-
onem maxime illustrari a doctis, ut homines assuescerent
non fidere Sanctis, cum scirent sanctos mortuos ignorare
nos. Nam iuxta Apostolum Ro. 1. colunt ac seruiunt crea- *Roma. 1.*
tura potius, q̄ creatori, Monachi Stentorea uoce declamant
Stephanum primum regem Vngarorum, regnum Mariæ
uirgini commendasse. Quare ipsam patronam regni uel
titulus numismatis præ se fert. Et si ita est, quid fidei natu-
ra & indoles sit, regem ignorasse dico, quia fides solum De-
um inuocat, & in solum Christum figit oculos, in salutatis
Sanctis & beata uirgine, de quorum honore dicam infe-
rius. Concludam ergo Sanctos ita dormire, ut nos igno-
rent, nec ulla cura nostri tangantur. Exempla sunt (modo
si uera est historia) septem dormientes, qui intra tot annoꝝ
curricula, nihil externarum rerum sciuerunt. Nobis cura
sit pro uiuis non pro mortuis, quando etiam scriptura pro-
hibet a scrutinio eorum Deuter. 18. Esaiæ 8. Sitq; summa *Deut. 18.*
summarum, mortuos sanctos nihil scire de nobis, nobisq; *Esaiæ. 8.*
prorsus dormire. In quibus si fidimus, quos si inuocamus,
perinde adiuuant, ac si dormiens adiuuare possit. Scriptum
est: Tantummodo in me auxilium tuum, Osee 13. Adiuto- *Osee. 13.*
rium meum a domino, qui fecit cœlum & terram. Quare
beata uirgo cum resurrexerit, cum aperientur occulta tene-
brarum

brarum, & patefient consilia cordium, & cæteri sancti, sub quorum nomine isti sese saginant, de tot delubris, habitibus, ceremonijs, nenijs, ac nundinationibus, a sola ratione, sine ullo uerbo Dei confictis, mirabuntur.

Cæterum si hulus scholasticæ doctrinæ tetigi, nō mihi, sed fratri ferant acceptum, scripturis res agenda erat, non conuicijs, non sycophantijs, non reuelationibus. Sed hic uide charissime lector, quo candore frater mecum egerit, cū sanctorum dormitionem, & ignorationem de nobis ex scripturis ueteris testamenti probassem, gloriatur hac unica glossa, hunc nodum soluisse. Manifestum est inquit, aucthores illos ante aduentum Christi fuisse, cum nondum cœli aperti fuerant, nondum ingressus superni paradisi, sed omnes ad inferna descendebāt. Frater prorsus ignorat fidei ac salutis rationem, quæ sit uis & potentia regni, sacerdotijq; Christi, nescit sanctos ueteris testamenti eadem fide, merito mortis Christi saluos factos, atq; sanctos noui testamenti. Sed ne hoc cuiquam uideatur absurdum, scripturis probandum est.

SANCTI VETERIS TESTAMEN-
TI AEQVE SALVATI, VT SANCTI
in nouo testamento.

Quemadmodum fides, quæ est fiducia misericordiæ Dei, eadem est, & fuit semper, ita fructus & finis fidei idem est & fuit semper. Reportantes inquit Petrus finem fidei uestræ, salutem animarum uestrarum. Si una fides, ut Paulus Ephe. 4. dixit, finis quoq; fidei unus est, nempe salus, ac uita animarum omnium credentium. Io. 5. Qui credit in me &c. in iudicium non uenit, sed transiit de morte ad uitam. Si in infernū, quo sensu frater accipit, descendis-
sent

fides est

Eph. 4.

Jo. 5.

sent, haud dubie in iudicium descendissent, nec transissent
de morte ad uitā. Vt Christus adhuc in carne existens dicit.
Et Petrus omnium manifestiss. Acto. 15. nihil discreuit inē *Acto. 15.*
nos & illos fide purificans corda illorum. Et continenter se
quitur: Sed per gratiam Domini nostri credimus saluari,
quemadmodum & illi.

Superius si percepimus, quid Deus sit, nempe, requies, *Quod est*
pax, beatitudo, foelicitas, summū bonum: mortui sancti,
ubi fuerint, sintq; uidere licet, quia in Deo, in requie, in bea
titudine. Sicuti enim illi, qui increduli fuerunt semper peri
erunt, non habita temporis ratione, sic fideles semper salua
ti sunt: Vt finis incredulitatis mors aeterna, ita finis fidei,
uita aeterna. Qui credit in me, non peribit, sed habet uitam
aeternā. Atqui sancti patres ueteris testamenti, crediderūt in
Christum, qui est heri et hodie, et in seculū seculi, Hebrae. 13. *Hebrae. 13.*
Et qui occisus est ab origine mundi, Apoca. 12. Ergo saluati
sunt. Iacob, salua facta est anima mea. Ecclesiastici 1. In
die defunctionis suae benedicitur. 8. Ad gaudium uenire
uolumus. 11. Facile est Deo in die obitus, reddere unicuiq;
secundum uias suas. Prouerb. 1. Comedunt fructum uiaje *prouerb. 1.*
suarum. Hebrae. 2. Multos filios in gloriam adduxerat. Et *Hebrae. 2.*
4. Introierunt in requiem, non terrae Canaan, sed immorta
litas, uel ut Salomon Eccltes 12. In domum aeternitatis,
non profecto in limbum, qui non est aeterna domus. Hebr.
11. Parauerat illis ciuitatem, de qua in Apocalypsi. Vidi ci
uitatem nouam descendantem de coelo a Deo paratam.
Et Christus latroni: hodie mecum eris in paradiso, non in
limbo emen tito. Noe iusticiae quae per fidem est, haeres est
institutus, Hebrae. 11.

Patres ueteris testamenti aequae crediderunt in Christum,
atq; nos. Christus quanquam semel est mortuus, sed eius mor
tis, efficacia, uirtus, fructus, effectus, aequae profuit illis atq;
nobis

2. Cor. 1.

Hebre. 10.

Threnon. 2.
Abacuc. 3.

Em. 27.

Esaie. 25.

Acto. 26.

nobis, illi credebāt in uenturum, nos credimus in exhibitū. Quando uero Christus natus est, passus est, mortuus est, illi non tunc saluati sunt, sed Christus tunc impleuit promissionem patribus factam; Nam in eo omnes promissiones Dei sunt etiā & Amen. 2. Corint. 1. Et 1. Cor. 15. Dico autē Iesum Christum ministrum fuisse circūcisionis, ad cōfirmandas promissiones patrum etc. Ut effectus Solis ante mortem Christi, si licebit uti exemplis, et post mortē idem extitit. Sic Christi mors eiusdem uirtutis ac potentiae extitit semp, cuius regnum ac sacerdotium aeternū est, efficax ac potens. Sol in hemisphærio nostro existens, aequè illuminat ad orientem, sicut ad occidentem. Mors Christi semel peracta, aequè saluauit illos, ut nos. Vnica enim oblatione consumauit sanctos in perpetuum. Hebræ. 10. Huc & extentæ in cruce manus quodamtenus alludere uidentur.

Hic est enim uerus ille Messias, Christus Iesus, Adamo primum, dehinc Abrahamo, Dauidi & omnib⁹ sanctis promissus, ab omnibus prophetis depictus, dicit enim ille: Quē scripsit Moses & pphetæ, inuenimus Messiam a Nazareth. In hunc ex corde & toto corde crediderunt patres. Threnon. 4. Spiritus oris nostri, Christus dominus captus est in peccatis nostris &c. Abakuck 3. Ego autē in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.

De Dauide ex Ecclci 47. Christus purgauit peccata ipsius. Esa. 45. Israel saluatus est in Domino salute aeterna. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Fidei oculus sine ulla temporis intercapedine, unum habet scopum, Christum qui est uerbum Dei, Acto. 26. ut accipiant, inquit ipse Paulo, remissionem peccatorum, & sortem inter sanctos per fidem, quæ est in me.

Sed in hac salebra hæret. Qui potuisset fieri, inquit, ut Christo nondum nato, nondum mortuo, fuissent salui? si eorum

eorum salutis causa mors Christi fuit. Causa nondum exi-
stente, effectus extitit? Et sane uerissimi utuntur ratione,
si philosophiam spectes & rerum ordinem. Sed nobis uerbum
Dei lucerna est pedum nostrorum, quod nos audire tenemur.
Et hoc uno paradi-gmate propter meos fratres reddam illu-
strius. Est homo ingenti aere alieno, ut uel animam debeat,
pressus, nec est ullo modo soluendo, datur in manibus credi-
torum, ducitur ad mortem, interim adest quispiam magnae
authoritatis, & spectatae fidei homo, misertus illius, totum
debitum in se accipit, & quicquid debitori creditoribus
soluendum erat, de suo se soluturum, uera & immutabili pro-
missione, iuramentoque interueniente spondet, sicque per illo fi-
dem obstringit. Interrogo iam, Debitor est ne liber, a debi-
to, iure, obligatione creditorum? Profecto fateri cogeris, de-
bitorem ab obligatione creditorum esse liberum, nec magna
tenetur sollicitudine quando sponsor numeret creditoribus.
Adam protoplastes, erat hic debitor, & tota in eo posteri-
tas: creditores, lex, peccata, diabolus, mors, infernus, quibus
cum soluendo non esset, damnassent eum, & nos in eo, nisi
Deus ex sua ineffabili misericordia illius & nostri fuisset mi-
sertus, qui totum hoc debitum in se transtulit, satisfactio-
nem alienam, id est, semen mulieris, Christum Iesum, filium
suum promisit Adamo & omnibus nobis, huic promissio-
ni credentes Adam & omnes sancti, seruati sunt, liberati ab
omni iure legis & peccati, non ualde solliciti, quando uel quo
tempore ueniret Christus, cum sola fide in Dei promissio-
nem fuerint liberati, quanquam & in carne magno desiderio
eum uidere uoluerunt, ut de Simeone: Vtinam me hic in-
ueniret illa natiuitas. Et Matth. 13. Multi reges & prophete
uoluerunt uidere ea quae uos uidetis &c. Sed nec illis pro-
fuit quicquam, Christum uidisse in carne, si fidei expertes fu-
issent, ut impij qui eum occiderunt, sed eum fide uiderunt,

Verbum Dei lucerna

math. 13.

qua & seruati sunt, Io. 8. Abraham uidit diem meum & gauius est, quare fides illorum & nostra, non tempus aduentus ac mortis Christi, sed promissionem quæ est obiectum fidei respicit. Quocumque ergo tempore, promissioni crediderunt, pollicitationem spiritus acceperunt ex fide.

Iam liquet quam apposite scriptura recordetur de salute patrum, quancumque falsa fuerint quæ nobis quidam de limbo concionati sunt, quem limbum, qualem finxerunt fuisse, habes in eo cantico, quod Cum rex gloriæ, uocant, tenebras, uincula, carceres, uoces flebiles, lamenta &c. Ex scripturis uero didicimus, pacem, requiem, gaudium, refrigerium &c. illi cantico ex diametro pugnantia, hanc eandem scientiam dictis doctorum multis probare possim, sed breuitati studens pauca addam.

Beda Acto. 4. Si in nullo alio sed in Christo tantum, mundi salus est, ergo & patres ueteris testamenti eiusdem redemptoris, incarnatione et passione saluati sunt, qua nos saluari credimus, & speramus. Etsi enim sacramenta pro tempore ratione discrepent, fides tamen una eademque concordat.

Augustinus ad Dardanum cap. 17. Antiquis inquit iustis, aliquid occultum erat, cum tamen & illi eadem fide salui fierent, quæ fuerat suo tempore reuelanda. Non enim audemus fideles nostri temporis, præferre amicis Dei &c. Et post. Sicut autem illi, quando idem sacramentum occultum erat, credebant Christi incarnationem futuram, sic & nos credimus factam et a nobis autem & ab illis futurus expectatur ad iudicium eius aduentus.

Idem 45. tractatu in Ioannem: Ante aduentum domini nostri Iesu Christi quo humilis uenit in carne, præcesserunt iusti, sic in eum credentes uenturum, quomodo nos credimus in eum, qui uenit, tempora uariata sunt, non fides. Eadem fides utrosque coniungit, & eos qui uenturum esse, & eos qui eum

eum

eum uenisse crediderunt, diuersis quidem temporibus, sed utrosq; per unum fidei ostium, hoc est, per Christum uideamus ingressos & cætera multa.

Idem ad Marcellinum. Quos æquauit fides, non reddunt inferiores sacramenta.

Hieronymus 32. q. 4. Quis ignorat sub alta dispensatione Dei, omnes retro sanctos, fuisse eiusdem meriti, ut nunc sunt Christiani.

Lyranus super 8. caput ad Rom. Considerandum quia secundum nullum tempus, nullus saluatur, nisi per Christum. Ista autem salus dupliciter potest hominibus applicari, uno modo per fidem. Et sic per Christum saluabant patres ueteris testamenti, id est, per fidem Christi uenturi, quanquam Lyranus super illa uerba Hezechiæ apud Esaiam: Vadam ad portas inferi &c. meminit limbi, in quo fuerunt patres, sed sine poena sensibili, ut ipsemet super 3. ca. ad Rom. exponit.

Idem in additione primi cap. ad Rom. Nam sicut antiqui iustificati fuerunt ex fide, qua crediderunt Deo promittenti salutem futuram per Christum, sic moderni iustificantur in fide, qua credunt Deum impleuisse per Christum promissionem prædictam, quod probat per Abakuk.

Idem cap. 10. eiusdem Epistolæ. Vnde patres ueteris testamenti non erant iustificati ex operibus legis, sed ex fide Christi, quia Acto. 15. dicit: Per fidem Ihesu Christi credimus saluari, sicut & illi. Athanasius in Epistolam ad Galat. Paret igitur non solum ante traditam legem, fidem ipsam benedicendi, & iustificandi uim habuisse, sed post conditam magis ac magis eandem seruasse.

Augustinus lib. 3. Hypognost. Omnes sancti Dei, qui ante aduentum fuere incarnationis domini nostri Iesu Christi, fide non alia, nisi quæ nunc est, salui facti sunt. Idem ibidem. Nam eandem ut dixi esse fidem, quæ salutem contulit in cognoscendo Deum, & illis, & nobis.

Haymo super primam Dominicam Aduentus. Sicut nos per fidem Dominicæ incarnationis, passionis, resurrectionis & ascensionis in coelum, saluamur, quia omnia credimus præterita. Sic per eandem fidem Iudæi saluati sunt, quia ante incarnationem filij Dei permanserunt in fide, credentes omnia futura, quæ nos credimus præterita. Sicut nos credimus dominum Iesum iam uenisse in mundum, & natum, & passum, ita illi crediderunt et nasciturum & passurum.

Hæc satis sit ostendisse patres eadem fide saluatos, iuxta ac noui testamenti sanctos, ne in re tam manifesta plus iusto curiosus esse uidear, Bonis uiris, & quibus ueritas cordi est satisfecisse uideor.

Sed quia in nuncupatoria epistola, frater, suam illam ueritatem multo ante retro actis seculis doctrina patrum primipilarium (ut ipsius uerbis utar) traditam, & diuinis reuelationibus cognitam esse dicit, quales hæc & aliæ reuelationes fuerunt (quia sathan transfiguratur in angelum lucis) operæ precium est uidere, multis enim per falsas reuelationes impositum est.

Positio.

A CONDITO MUNDO NULLA

Contrarium uidetur

Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9

ubi Moyses & Elias apparuit gloriati, item Matth. 27. a primis

discipulis. Sancti

& corpora uerba

quædam ac apparent

omnes. Vide 7.

6. 4.

UNQVAM APPARUIT ANIMA,
nec sanctus quispiam.

Thomas Aquinas uidit Paulum apostolum, postquam commentarijs in ipsius epistolas extremam manum posuisset, dicentem: Ante has commentaciones a nemine ipsius scripta fuisse intellecta. Reuelationes quæcunq; fuerint, siue Brigidanæ, siue Gregorianæ, ueræ quidem esse potuerunt, ut Pitonissæ, Samuelis apparitio, sed non illi, qui crediti sunt, sed dæmon in eorum specie, quorum et nomina præ se tulit, apparuit. Sic enim Augustinus Vigilantium scribit de

de falso Samuele, id ē, daemōnio in specie Samuelis. De quo
Samuele frat̄ tam libere pronūciat. Putat oraculū esse quē
quid dicit, uult cornicum configere oculos, quasi ignoremus
somnia illud Machabæi de Ieremia, nō nisi ab ipso Sathano
esse confictum, qui liber nullius est authoritatis aut æstima-
tionis. Vide Hieronymū ad Chromacium. Ad quod som-
nium dico illud Eccl̄ci 34. Multos errare fecerunt somnia,
& exciderunt sperantes in illis. Sed hic homo somnia cordis
sui loquitur, non de ore domini ut uerus Ieremias dicit.

Eandem Samuelis apparitionem Augustinus ad Dulci-
cium quæstione 6. uocat sathanæ præstigium.

Si uero fuisset uerus Samuel, denuo fuisset mortuus. Cæ-
terum & impij suscitauerunt mortuos, Matth. 7. ut doce-
remur huiusmodi dona communia esse pijs & impijs. Quod
autem anima sine corpore non apparuerit unq̄, nec fidelis
nec infidelis, audi.

Non est qui agnitus sit reuersus ab inferis, Sapientia 1.

Non est reuersio finis nostri, quia consignata est, & nemo
reuertitur, Ibidem.

Cum exierit spiritus, non reuertetur, nec reuocabit ani-
mam quæ recepta est, cap. 16.

Memento nouissimorum & noli obliuisci, quia non est
conuersio, Ecclesiastici 38.

Sicut consumitur nubes & pertransit, sic qui descendit ad
inferos, nō ascendet, nec reuertetur ultra in domum suam,
neq; cognoscer eum amplius locus eius, Hiob 7.

Exibit spiritus eius & reuertetur in terram suam, in illa
die peribunt omnes cogitationes eorum, Psal. 145.

Spiritus uadens & non rediens, Psal. 77. Omnes ergo
reuelationes, apparitiones, siue sanctus quispiam uisus sit,
Nicolaus, Paulus, Beata uirgo, Daemōn in specie eorum ap-
paruit, qui se transfiguratur in angelum lucis, Chrysostrōmus

Epistola

Machabæorum liber

Eccl̄ci. 34.

Matth. 7.

Hiob. 7.

Ps. 145.

Homelia 29. super Matthæum. Quia ipsos dæmoniacos clamare nonnunquã audiuiti, anima talis ego sum. Verum hæc oratio a fraude & deceptione diabolica est, non enim anima defuncti est, quæ ista dicit, sed dæmon qui hæc ut audientes decipiat fingit. Idem.

Nec enim potest anima e corpore separata in his regionibus errare. Idem.

Non igitur potest anima, cum a corpore abscesserit, apud nos hic errare. Idem.

Multis e locis scripturæ comprobari potest, non errare hic post mortem, iustorum hominum animas. Idem.

Quod uero nec peccatorum animæ, hic commorari possint Diuitem audias.

Et Lyranus in tractatu de perfidia Iudæorũ. Secundũ aliã inquit opinionem, non fuit uerus Samuel qui apparuit &c.

Iam frater & tuas reuelatiões effer. Et Paulus cõmendet Aquinatis cõmentarios, quẽ non dubium est sathanã fuisse, ut Thomæ cõmenta, q̃ longe absuit a germano sensu Pauli obtruderet incautis. Vel hoc unũ argumẽto esse poterat, huiusmodi reuelatiões imposturas fuisse Dæmonum, quod nunquã de uero cultu Dei, timore, fiducia, religione, de non in uocandis sanctis, quicquã meminerint, sed semper idololatriam, excelsã, indulgentias, nundinationes missarum, impia hominum merita expetiuerunt.

Duplex est uerbum Dei, primum p̃ceptum, ne a mortuis quæreretur ueritas, alterum tentatiõ. Immisit ergo Deus, teste Paulo operationem erroris, ut mendacio crederent, qui uero Dei uerbo & p̃cepto credere noluerunt. Dices: Apud sanctorum sepulchra an non miracula fuerunt? diuorumq; patrociniã claruerunt? quasi non etiam apud ethnicos Epidaurij celeberrimo Esculapij templo adempti sint languores corporum? & quid interest, in templo Esculapij
uel

uel in templo Annae, Iacobi, Mariae Laurentanae, sanus sis.
Nomina mutata, res eadem, quanq̄ hac miracula, menda-
cia Monachorum & sacrificulorum maiore ex parte fuisse,
facile crediderim. Lege Lactantium libro 2. de origine er-
roris cap. 8. si cupis miracula audire, Permittit hoc Deus
aliquando, ut propter abominatissimum impietatis crimen
sanentur corpora, ut tandem pereant corpore & anima.
S³ Solus Deus est inuocandus in omni tribulatione, non san-
ctorum aliquis. Ipse enim praecipit: Inuoca me, & subditur
promissio, ego exaudia. De sanctorum inuocatione nec pra-
ceptum extat, nec promissio. Pulchre Chrysostrmus Lucae
16. & citatur in Catena. Si autem sciret hoc Deus, q̄ mor-
tui resurgentes prodesse uiuentibus, non hoc omisisset &c.
Et hic receptui canendum, uidendumq̄ quo modo Frater
probet sanctos in regno caelorum esse, postea & meam sen-
tentiam subiungam.

Regnum caelorum (dicit Frater) quamuis multifariam in
sacris literis accipi cernimus, uerum de illo nunc intelligi-
mus, quod caelum Empireum dicitur, ubi Deus est & sedes
eius &c. huc assumptus est Christus, ad dexteram Dei patris.
Hic est ille mons Dei, mons pinguis, ubi saturabuntur esurien-
tes & sitiētes iusticiam, in quo monte Moyse ostensum est omne
bonum, hic etiam requiescunt iam nunc animae omnium, qui
ingrediuntur sine macula, ubi uident Deum facie ad faciem
sicuti est, ac cognoscunt eum sicuti & cognita sunt. Vbiq̄
fuerit cadauer, illuc congregabuntur & aquilae. Christus te
teste lector aquilas uocat, qui sperantes in domino mutabunt
fortitudinem, & assument pennas sicut aquilae, currunt ubi
corpus Christi fuerit, in caelo quidem ante omnium resur-
rectionem, & in terra in secundo eius aduentu ad homi-
num resurrectionem, ut postea semper sint cum domino.
Quod si uerba hac ad tempus ipsius aduentus restringere
d uolueris

Lactantius

Chrysostrmus

Caelum Empireum

uolueris, fateberis & gratis quidem, uerbum domini generaliter non esse uerum.

apocal. 7.

Sed forsitan hic sanctorum aduersarius, contra quem nobis est sermo, progenies non aquilæ, sed uiperarū, lucem reuerberatis oculis, in tam breui sententia uidere nō potest. Audiatur & Ioannem dicentē, Apoc. 7. Post hæc uidi turbam magnam, quā dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & populis &c. Nota singula uerba, & absq; nostris declarationibus intelliges qualis hæc turba fuerit: fuit, inquit Ioannes hæc turba in conspectu agni &c. singuli in hac turba fuerunt amicti stolis albis. Et Apoc. 14. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati &c.

apocal. 12.

Scito hunc temerarium, qui cum nondum in cœlo fuerit, nec in terra aquilinos oculos habuerit, denegat eos esse in gloria, quos aquila emptos de terra ex hominibus sine macula iam ante thronum Dei esse, & sequi agnum quocunq; ierit, proclamat. 2. Cor. 5. Scimus quidem si terrestris domus nostra dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, sed æternam in cœlis, sequitur audientes igitur semper &c. magis peregrinari a corpore & præsentem esse Deo.

2 Cor. 5.

Vides hic manifeste Paulum innuere, quod q̄primum hæc nostra carnea domus dissoluitur, statim æternam habemus in cœlis &c. Paulus uult dissolui animam a corpore, ut statim sit in uisione domini.

Cernis igitur lector ex tot firmissimis sacrae scripturae testimonijs, animas in Christo dormientium esse in conspectu Christi & Dei, non solum ut noster aduersarius ille asserit, qui largitur nobis dormientes esse cum Christo, uel, ne suam Theologiam mirabilem ac indoctam doctrinam transcendere uideat, magis sub Christo esse, simulata subtilitate tremebundus, ne ex tam multis ineptis dictis, quid indoctū emiserit

emiserit, admittit. Sunt igitur ubi corpus Christi est, sunt ante thronum Dei, in conspectu agni, quantum ad animam, non solum generali acceptione termini, sed in caelo ubi Christus est, quo pergunt animae beatae, statim post dissolutionem domus terrestriſ expectantes uindictam malorum & superinduicionem corporum ipsorum, in iudicio, interim ingredientes ad humanitatem, & ubique pascua inuenientes, Ioan. 10. Vides praeterea eas esse in gloria, & uita beata. 10.
Haec est enim uita aeterna, ut cognoscant te &c.

Haecenus frater, cuius non omnia uerba reddidi, ne misera charta periret, sensum tamen ipsius adscripsi.

Testatus sum haec a me non fuisse scripta, sed non nihil hic quoque respondendum est.

Ceterum Pontifices & episcopi male consulunt suis rebus, & gregi, qui ecclesias hisce hominibus, qui tam illotis manibus tractant sacra, regendas committunt, expertibus synce-rioris Theologiae, & nisi conuictis ageret, totam causam amississe uidebatur. Verum oratio uirum ostendit, sed ne omnino piscis sit multa extra nostram controuersiam comminiscitur, sed dum Carybdim uitare uult, turpiter in Scyllam impingit, probat animas statim post temporis dissolutionem migrare in caelum. Improbans interim suum dogma de purgatorio, de quo postea, sententiae ex Apocalypsi quanti aesti-mentur, & si huc quadrant, aliorum nunc esto iudicium, Qua praeterea ratione dicantur sancti esse in caelo, in Christo, cum Christo, in pace, in gloria (Hebrae. 2. In gloriam adduxerat multos filios &c.) audiuius. Sed ut ego hanc fratris portentosam Theologiam euertam (quandoquidem animas iam glorificatas & in Deo omnia scientes & uidentes docet, coporibus interim in puluere existentibus, excepta uirgine, Ioanne, de quibus fratri pia est disputatio, sed non soluenda quaestio) duas subiiciam positiones. Hebrae. 2.

Altera.

d 2

Nullus

NULLVS SANCTORVM EST
CORPORE ET ANIMA GLORIFI-
catus.

Hebr. 11

Epistola ad Hebræos cap. 11. tres promissiones facit. Promissionem benedictionis animæ, hanc acceperunt omnes sancti omnium temporum, quippe qui fuerunt semper in tempore gratiæ, ut interim participio temporis ante legem, sub lege, sub gratia periclitentur. Et patres idem Euangelium, quod est annunciatio remissionis peccatorum, gratiæ, fauoris, ac misericordiæ Dei per Christum habuerunt atque nos: unum est enim Euangelium nostrum & illorum, eadem fide, ut uidimus, saluati sunt, atque nos, de his epistola, acceperunt promissionem.

Alia promissio terræ Canaan, de hac Abraham, Isaac, Iacob ne passum quidem pedis acceperunt, sed in suo semine duce Iosua, qui per fidem uicerunt regna, operati sunt iusticiam, adepti sunt repromissiones &c.

Tertiam, glorificationis scilicet corporis & animæ nullus eorum accepit, de quibus in fine epistolæ: Hi omnes testimonio fidei inuenti probati sunt, non accipientes repromissiones, Deo pro nobis melius prouidente ne sine nobis consumarentur, et proprie Apostolus loquitur de patribus ueteris testamenti.

Scopus autem disputationis nostræ est, utrum mortui sancti sciant nos, Frater ex Apocalypsi probauit illos nos scire & peruidere, quæ scientia ad totum hominem corpore & anima conglorificatum pertinet. Et cum nullus adhuc sanctorum corpore & anima uel surrexerit uel glorificatus sit, sequitur plane sanctos nos nescire, uiuunt Deo, uitam agunt spiritualement, sed nos ignorant, & hæc duo non sunt contraria, Deo uiuere, & nos ignorare sanctos, ut superius abunde iuxta ingenioli mei modulum probauit. Repu

Repudiandus est hic & illorum error, qui sanctos ex limbo cum Christo coelos ascendisse dicunt, uel ex uno Hiob, *Hiob. 19.* qui cap. 19. de se sic loquitur: Scio quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & iterum circundabor pelle mea, & uidebo Deum saluatorem meum, & hi ipsi oculi & non alius, reposita est hac spes in sinu meo.

Si caeteri patres ascendissent, haud dubie & Hiob ascendisset. Et Petrus constanter asserit, post Christi ascensionem Dauidem non ascendisse in coelum, *Actorum 2.* corpore & *Acto. 2.* anima simul.

Chryso. cap. 11. Hebrae. Quid itaq; faciet Abel, qui ante tot annos uicit, & adhuc sine corona sedet? Quid Noe? quid caeteri illorum temporum? quia ecce expectauerunt et alios expectant, qui post se futuri sunt, uide quia nos in eo superamus eos, de nobis enim dixit: Melius aliquid prouidit Deus, ne aliquid a nobis plus habere uiderentur, si primi quam nos coronarentur, unum definiuit tempus omnium coronarum, & qui ante tantos uicit annos tecum accipiet coronam. *Idem.* *Chrysof*

Et non dixit, ne sine nobis coronentur, sed ne sine nobis consumantur, proinde etiam perfecti tunc parebunt, praue-nerunt nos in certaminibus, sed non praue-nerunt in coronis, non enim illos laesit, sed nos honorauit, nam & ipsi fratres libenter nos expectant. *Idem.*

Simul & communiter coronantur, & non per partes.

Idem.

Vt cum fratribus coronentur, ut simul glorificentur, *Fulgentius libro 1. ad Monimum:* Donum perfectum tunc *Fulgentius* omnibus dabit, quando sanctis aeterna gloria tribuet.

Augustinus libro 1. retract. cap. 14. Angeli sancti, quod *Angeli* sint in illa possessione beatitudinis, nulla quaestio est, sed de sanctis hominibus, iam defunctis, utrum ipsi saltem dicendi

d 3 sint

sint in illa possessione consistere, merito quaeritur, iam enim corpore quidē corruptibili, quo anima aggrauat exuti sunt, sed adhuc expectant etiam ipsi redemptionem corporis sui, & caro eorum requiescit in spe, nondum in futura incorruptione clarescit.

Item. Corpora sanctorum defunctorum requiescunt in spe expectantes corporis redemptionem, sed utrum ad contemplandam cordis oculis ueritatem, sicut dictum est, facie ad faciem, nihil ex hoc minus habeant, non hic locus disputando inquireritur.

Ex eodem Augustino didicimus animas in abditis receptaculis contineri, soli Deo notis, hæc receptacula dicas, cœlum, requiem, quietem, gloriam, uitam, pacem, refrigerium, Deum, sinū Abrahæ, manum Dei, domum non manufactā, benedictionē, paradysum, gaudium, ciuitatem, securitatem, beatitudinem, summum bonum, idem dixeris.

Proinde nos credimus carnis omnium resurrectionem futuram non factam. Paulus maledicit quibusdam, qui de resurrectione aliquorum male sentiebant. Angeli Galilæis de solo Christo loquuntur: quemadmodum uidistis eum, idem sic ueniet. Et symbolum, inde uenturus, non uenturi. Idque prudentissima Dei dispensatione factum, ut solus Christus esset noster mediator & adiutor cōtra quatuordecim auxiliatores hypocritarum & alia idola. Et ut stultam faceret sapientiam mundi huius, quæ prorsus diuis & Beatæ Virgini detulit quicquid Christi erat. Profecto adhuc & uiui & mortui egent ipso Christo, ut una nobiscum regnum suum tradat Deo, id est, omnem prædestinatorum numerum, ut tandem Deus sit omnia in omnibus.

De Enoch & Helia, cum nihil tradat scriptura, ubi eorum sint corpora, iudicio Dei relinquendum est, scimus tñ, quod caro & sanguis regnū Dei non possidebunt, & moriendum est

Enoch
Helia

est omnibus semel, tamen ad analogiam scripturæ superioris, & eorum quoque negocium trahendum, ne sine nobis sint consumati. Sic sentiendum & de sanctorum corporibus, quæ *Nota.*
post Christi resurrectionem exierunt e monumentis ad testimonium ueræ resurrectionis Christi, utut absurdum sit humanis auribus, illa corpora iterum in suos locos abiisse. Sic de Moyse & Helia in monte Tabor uisis ab apostolis, sentiendum, regula Apostoli semper seruanda: ne sine nobis consumarentur. Quod si adhuc mortui non essent Enoch & Helias, occulto Dei iudicio, semper tamen uero, aut morerentur, aut cum illis de quibus 1. Cor. 15. Non omnes qui *1 Cor. 15.*
dem moriemur, sed omnes immutabimur in ictu oculi, in nouissima tuba immutarentur de mortalitate scilicet ad immortalitatem. Et ut ingenue fatear, non uideo quid habeat incommodi sic de glorificandis sanctis omnibus sentire, cum hoc idem & scriptura sacra & Doctores sancti agnoscant, nec est cur timeatur periculum, quominus sancti mortui uenerentur, proprio honore adficiendi sunt, non alieno, de quibus inferius. Item nec potest negari, eorum uita quæ in Deo est, quamuis negetur eorum erga nos scientia, uiuunt etiam si nos ignorent. Minutius est quod quidam illud Ephe. *ephe. 2.*
4. Ascendit in altum ex psalmo captiuam duxit captiuitatem, ad sanctorum cum Christo ascensionem torquent. Nostram captiuitatem, legem (quam ipse pro nobis impleuit, quæ a nobis impleri non poterat) peccatum, mortem, diabolum, infernum, de quibus ipse triumphauit, duxit &c. debellans eos, & eorum tyrannidem extinguens, ne nobis in se fidentibus nocere possint.

Puto bonis uiris me abunde purgatum esse, nec quicquam noui dicere. Sit ergo summa summarum: Nullus sanctorum *5*
est corpore & anima glorificatus, sed una omnes glorificabimur, tuncque aperientur oculi eorum, & patefient consilia *3*
cordium

1. Cor. 2.

cordium 1. Cor. 4. iam ad alteram propositionem ueniam.
quæ est.

SOLVS CHRISTVS EST GLO-
RIFICATVS CORPORE ET ANIMA
in cœlo.

1. Cor. 1.
math. ult.

Heze. 11.
Jerem. 17.
math. 22.
prouerb.
1. Cor. 15.

apocal. 1.
collof. 1.

AD dexteram Dei sedere, est Christum etiam secundum hominem Deo patri, in maiestate, gloria, potentia, honore æqualem esse, tribuit enim scriptura ipsi Christo ea quæ Dei sunt, ut inuocationem, fidem, spem &c. 1. Cor. 1. Cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco. Et ipsemet Matth. ultimo: Data est mihi omnis potestas, in cœlo & in terra. Si aliquis sanctorum esset glorificatus corpore & anima, sequeretur, quod & ille possit inuocari perinde atque Christus, & introspicere cordium secreta, quod solius Dei est. Et Chronicorum 6. Tu solus nosti corda filiorum hominum. Et Heze. 11. Iere. 17. Frustra ergo partiuntur fiduciam cordis sui homines in sua idola, cum totam, & totum cor exigat Deus Matth. 22. Ex toto corde dilige Deum &c. Prouerb. 23. Præbe mihi cor tuum et c. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primiciæ dormientium, deinde hi qui sunt Christi 1. Cor. 15. Nihil extra dicens, quam ea quæ prophetæ & Moyses locuti sunt, futura esse, si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annunciaturus est. Paulus in Actis.

Qui est primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, Apoca. 1. Primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens, Colo. 1. Et Christus Magdalenæ: Dic fratribus meis, ascendo ad patrem meum, patrem uestrum &c. Nec dixit, ascendimus. Porro omnis spes & tota fiducia cordis nostri, est in Christi resurrectione, ascensione

fione & sessione ad dexteram patris, qui est rex & dominus
noster, & solus ipse in regno gloriæ aduocatus noster, me-
diator, sequester, proxeneta, interpret, caussidicus, prote-
ctor ac patronus, uerus Deus, & uerus homo. Si tantum
Deus esset, poterat nobis terrori esse, cū humana fragilitas
fugiat Deum, ut illi dicunt; Loquere tu nobis, & non Deus,
ne forte moriamur. Si tantum homo, poterat imbecillus ac
impotens uideri, sed quia est Deus & homo, unica nobis fi-
ducia esse debet, qui per semetipsum accedentes saluare pos-
sit, Hebræ. 7. Hic uidere est quanta sit humani cordis impi-
etas, Diuis, qui tātum homines sunt & quidem peccatores,
fese contra scopum omnis scripturæ, & cōtra inuiolabilem
Dei patris uoluntatem audent credere. Christo uero quem
pater audiendum præcepit, se non audent cōmittere, quan-
ta hæc infidelitas, & in Deum ingratitude? Si Christus tan-
tum homo esset, ut Iudæi & Turcæ, adde, hypocritæ deli-
rant, minoris eum facerent nostri Papistæ, quam quemlibet
sanctum ficticiū & a Pontifice canonizatum, pluris
facerent unum Franciscum aut Dominicum quā tres Chri-
stos, cum etiam nunc tam uili eum addixerint etiam si sit
Deus & homo. Nos uero cum audimus eum Deum esse,
concipiamus fiduciam quod potens sit ad saluandum nos,
cum audimus hominē nostrī similem (excepto peccato) con-
cipiamus spem in eum, adcurramus ad eum, ut ad fratrem
nostrum. Similitudo siquidem mater amoris est. Sed quotus
quisq; est Monachorū uel sacerdotū, qui ita uel persuasi sint
uel inculcent populo? nunc dies declarauit quales pastores
animarum habuerimus hæctenus. Concludam ergo, solum
Christum esse glorificatum corpore & anima in cœlo, qui
hoc negant, tales gratiam Dei obscurant, Christi beneficia
sepeliunt, eius merita lædunt, & in uniuersum ipsius sacer-
dotium, regnū, & patris de eo promissiōes, quæ sunt Amen
e & etiam

Hebræ. 7.

& etiam in questionem uocant. Sed iam Fratris nenas
audiamus.

QVARTA VERITAS.

Sancti qui obdormierunt & sunt in gloria, sciunt multa
de nobis. Qui nesciant sancti presentia, cum & preterita
cognoscant? Quis docuit uirum desideriorum Daniele

Daniel. 9. et 10.

oporat. 21. et ult.

math. 22.

1. Regum. 18.

Sapient. 7.

Ps. 90.

Hebr. 1.

Quentura sunt p uisiones, nisi sanctus angelus? Dan. 9. 10.
Quis Ioanni Apocalypsim ostendit alius preter angelum?
Apoc. 21. & ultimo. Et similia in sacris literis toties reperi-
untur, ut cæcus aut omnino temerarius negauerit.

Dices non item habere de hominibus, at noster aduer-
sarius generaliter negat, scientiam sanctorum, quam si ange-
lis tribuerit, nos inuenimus homines similes angelis, Matt.
22. Sed illud in ^{at} res intelligendum post resurrectionem,
imo post resurrectionem similes, sed ante similiores, nunc
quidem spirituales tantum ut angeli, sed tunc & corpora-
les secus quam angeli.

Dicitur autem & de Samuele, quomodo post obitum
uentura nunciarit, 1. Regum 18. Sciunt igitur sancti multa
presentia de nobis.

Modus cognoscendi a nobis triplex traditur. Primus?
Cum Deo sapientissimo in se, hoc est, in sua essentia siue
diuinitate, sanctis illa placuerit ostendere, hanc cognitio-
nem nostri Theologi, cognitionem in uerbo appellant, nec
abre, candor est em lucis & speculum sine macula, Sapi. 7.

Secundo, cum angeli (quibus Deus clementissimus, man-
dauit de nobis, ut in omnibus uis custodiât, Psal. 90.) Vota
nostra & facta ad sanctos deferunt, nec mirum, omnes enim
sunt administratorij spiritus, Hebræ. 1.

Tertio, cum Deo potentiss, aliquem ex sanctis ad nos
mittere

mittere placuerit, ut de Samuele &c. de Moyse & Hesta,
Matth. 17. De angelis autem abunde. Vides igitur hos mo-
dos procul dubio, ex sacris scripturis habere firmitatem, ne
temeraria facilitate contemnantur. Hactenus ille.

Matth. 17.

CONFUTATIO.

Verum est quod uulgo dicitur, simplex est ueritatis ora-
tio. Hic homo, cum Doctor sit Parisiensis, scit & scien-
tificè & magistraliter pro & contra disputare, non enim
in Sorbona oleum & impensam pdidisse sibi persuasissimū
habet, cuius Theologia talis est, qualem Monacho dignam
dixeris, etiam si toto erret cœlo. Probat sanctos mortuos
in gloria, multa de nobis scire, confirmans per uisiones Da-
nielis, & Ioannis Apocalypsim, quasi hic esset status con-
trouersiae nostrae. Nobis sermo est de idertuis, post resur-
rectionem similes, sed ante similiores, nunc autem spiritua-
les tantū ut angeli, sed tunc & corporales secus q̄ angeli,
ait Frater, similes habent labra lactucas. Diuinet qui uolet
Fratris coniecturas, nam mihi religio est, hanc mirabilem
eius Theologiam suis depingere coloribus.

Verum est, errorem unum plures sequuntur: prius igno-
rabā angelos corporales esse, sed ex Fratre didici sanctos
tunc & corporales futuros secus quam angeli, quasi & ipsi
corporales sint, quāuis spirituales eos esse admiserit prius,
Vereor ne hic Frater Antropomorphitarum & Turcarum
more adfectus sit. De Samuele dixi superius.

Meminit Augustini & Gregorij, quorum hic (inquit)
noster aduersarius, nec uita, nec scientia, ne uestigia quidem
pedum lingere dignus esset, quorum uitam & scientiā non
opuserat Fratri in medium ferre, nec eorum uestigia (ut hy-
pocritae Monachi solent) lingi, sed imitari debent.

e 2

De

De modis cognoscendi tribus, inpraesentia non est mihi
integrum scribere, ex superius dictis, quam cognoscant nos
liquet, & a Fratre nō audio aliud q̄ somnia Siculis gerris
simillima.

Vides igitur, ait, hos modos ex sacris scripturis habere
firmitatem &c. Si ex sacris scripturis habent, non deest iudi-
cium ecclesiae. Sed iterū ad reliqua Fratris uerba reuertor.

QVINTA VERITAS,

Sancti gloriosi cognitīs nostris precib⁹ orant pro nobis,
nam cum uiui orent pro nobis ex charitate, mirum esset
cur sancti defuncti a terrena solitudine magis liberi, domi-
no qui ignis consumens est, Hebrae. 12, propinquissime iun-
cti, & indissolubiliter uincti, gratia corde repleti & stabiliti
minore ad nos eorum animos cura sint, cum seruiant chari-
tate & in statu sint perfectiore, cum in hoc statu miserrimo
omnibus omnia facti sint; obijcit aduersarius.

De uiuis extat scriptura & uerbum Dei non uno loco,
sed de mortuis ne syllaba quidē, ut possint pro nobis orare.
Sed Frater hoc eludit sic, ut nunc sequitur, secutus suum ma-
gistrum Fabrum ualde magistraliter allegātem scripturas.

Imo animalis homo hic talparum gestans oculos, non
percipit ea, quae Dei sunt. Audiat igitur ex sacris literis testi-
monia, Apocalyp. 5. Quatuor animalia & 24. seniores ceci-
derunt coram agno &c. habentes phialas plenas odora-
mentorum, quae sunt orationes sanctorum. & 8. Psal. 138.
Pro has orabit omnis sanctus, Iere. 15. Si steterint Moyses
& Samuel coram me &c. 2. Machabae. 15. Hic est fratrum
amator qui multum orat pro populo. Vides lector quam
manifeste orationes sanctorum dormientium ex scripturis
concludimus, quas ille tam impudenter inficiatur. Hac Pa-
risiensis Frater & Faber.

Refutatio

Hebrae. 12.

apocal. 5. et 22.

ps. 138.

Jerem. 15.

2. machab. 15.

CONFVTATIO.

FRater semp sui similis est, sed quorsum hæc putida ten-
 dūt? Amphorā instituit & urceus exit, mira Fratris sub-
 tilitas, & ordine Seraphico digna. Ex allegorijs non ualde
 tutum est articulos fidei fingere, & Deus apud Ieremiam ad-
 didit conditionem si. De falso Ieremia in Machabæis non
 opus quicq̃ dicere. ex Psal. pro hac orabit &c. Dauid ui-
 uis aut mortuus hæc dicebat? nobis de mortuis sanctis est,
 ut sæpe dixi, controuersa: Viui orant pro uiuis & pro se,
 non pro mortuis, nec mortui pro uiuis. Dixi confitebor ad-
 uersum me iniusticiam meam domino &c. Pro hac orabit
 omnis. Audis omnis, sed in tempore oportuno: tempus uero
 oportunū orationis pro peccatis nostris est, dum sumus in
 carne, dum est tempus acceptabile & dies salutis. Sed Frater
 prorsus ignorat doctrinam regni fidei, in quo ex charitate
 oramus mutuo, iuxta illud Iacobi: Orate pro inuicem ut sal-
 uemini. Et Paulus subinde fratrum flagitat orationes. Sed re-
 gnum gloriæ est, in quo nec pro se nec pro alijs rogare pos-
 sunt, sed quisq̃ suum onus portabit, ut postea dicam. *Regnum gloriæ*

Proinde quā belle refert hic Frater mores adeoq̃ genium
 patris sui diaboli. Calumniatoris siquidē propriū est, uerita-
 tem quā superare nequit, conuicijs incessere, hoc uideri est in
 scribis & pharisæis, & in nostris cucullatis, quibus nihil in-
 tollerabilius est, q̃ eorum insipientiā mundo una cum hy-
 pocrisi pestilentissima manifestari. Sed uelint nolint, iuxta
 Pauli uaticinium fiet. Sed priusq̃ alia uerba pseudofratris
 subiiciam, non grauabor, de ratione mediationis, de hono-
 re Dei, Christi & ecclesiæ, in gloriam fratrum meorum, qui-
 bus hæc fabula luditur, fusius tractare, etiamsi rumpantur
 ilia Codris. Ordo aut Pauli 1. Cor. 3. dicentis tenendus est: *1. Cor. 3.*
 Vos aut Christi, Christus autem Dei, uos ecclesia, Christus
 Deus

DE ECCLESIA.

Ecclesia p^r

Esai. 19.

Jo. 1.
1. petri. 2.

Sctorn dno gna

1. Cor. 12.

VT apta methodus seruetur, sciendum ecclesiam large captam comprehendere bonos & malos, qui tantum baptizati sunt, & Christiano nomine censentur, proprie tamen ecclesia, sunt tantum uera Christi membra, quorū Christus caput est, id est, qui tantum Christo fidunt, & eum solum agnoscunt. Et probe discernenda est ecclesia uera, fide, spe, charitate, & omnium uirtutū choris redimita (etiam si cibo, loco, uestitu, habitu non referat fictam quorundam religionem) ab ea quæ titulos, auctoritatem ueræ ecclesiæ sibi uendicat. Habet enim hæc malignantium ecclesia uerisimilia argumenta, Patrum exempla, quæ tamē sine uerbo nō erant imitanda. Multitudinem, cum Christus dicat pusillum gregem, & multi uocati, pauci electi. Antiquitatem Esaiæ 19. Filius sapientum ego, filius regum antiquorum ego. Vt externa eorum decora & insignia taceam, sunt duo demoniū meridianum, & falsæ sanctitatis fulgores, ego uero de ecclesia Christi, non de synagoga sathanæ loquor hic. Duplex est corpus Christi: Naturale, magisterio spiritus sancti in utero Virginis formatum, Ioan. 1. Verbum caro factū est. Et 1. Petri 2. Peccata nostra ipse tulit in corpore, de hoc paulo post. Mysticū seu spirituale, id est ecclesia, quæ est cœtus seu congregatio omnium fidelium siue prædestinatorum, & dicitur spirituale, quia spiritu gratiæ, ac fide in Christum ut purificatur ac sanctificatur, ita etiā adoptatur siue asciscitur in consortium naturalis corporis eius. Duo autem sunt sanctorum genera, alij uiui, alij mortui, non incōmode torquetur huc uetus partitio, ecclesia triumphans, militans. Cæterum in ecclesia siue triumphante, siue militante singuli sancti, singula membra sunt ecclesiæ. 1. Cor. 12. Nos sumus corpus Christi & membra ex parte. Et quia de honore sanctorum

sanctorum hoc erat institutum, sanctos mortuos sola fidei, spei, charitatis, patientiæ, longanimitatis, bonorū operum imitatione, honoramus, in quibus naturam & gratiam consideramus. Natura fuerunt et ipsi peccatores. Sed gratia ac fide in Christum saluati sunt, & nobis sunt exēplo, ne agnito peccato nostro despondeamus animum, sed ut ipsi, assurgamus in fiduciam Christi, nec nobis imputabitur peccatrix natura credentibus in eum, in quē & ipsi crediderūt. Quatenus peccatores sunt, absit ut in ipsis confidamus, quod autē fide iustificati sunt, exemplū sunt nobis fiduciæ. Summa, quantū attinet ad mortuos sanctos, nō alia ratione eos possumus honorare, nisi iusticiæ, fidei & operum imitatione, de qua re fuse dicam in censurarum condemnatione.

De honore uiuorum, est quartum præceptum Decalogi: Honora parentes, senes, magistratus, præceptores, redde omnibus debita, quibus tributum, tributum, quibus honorem, honorē. Honore inuicem præueniētes. Viduæ honorandæ sunt, alendæ & nutriendæ. Sed hic occurrit quæstio, quæ propter conscientias dubias explicanda est, uter sanctorum uel sanctarum sit maior merito: nam humana ratio ualde tumultuatur in hoc. Hinc est, quod fere omnes suos habent Diuos & Diuas, stultissimi quicquid. Ego autē simpliciter sic rem expedio. Duplex est meritum, proprium & alienum: Proprium meritum omnium sanctorum est mors & damnatio æterna; Rom. 6. Auctoramentum peccati mors. Atqui omnes peccatores fuerunt, Ro. 3. Omnes peccauerunt, & quia peccati stipendium mors est, non tantum corporis, sed & æterna corporis & animæ, meritū ergo illorum mors est æterna, Chrysostomus 25. Homelia in Ioannem: Nam si merita nostra reputabimus, non modo munere nullo, sed & supplicio digni sumus. Augustinus libro 50. Actore, Homelia 14. Da ueniam Apostole, propria tua non noui nisi mala.

item

Vidne

Duplex meritum

Romo. 6. et 3.

Chrysostomus

Augustinus

Gracianus

Ephes. 2.

Galat. 3.

Item prorsus tua a te tibi parata non nouimus, nisi mala, cum ergo coronat Deus merita tua, nihil coronat nisi dona sua. Et scholias Graciani: Quicquid habes meriti, pben- tis gratia donat, nil Deus in nobis pter sua dona coronat. Cum autem proprium meritum omnium sanctorum tam impurum sit, sequitur alieno merito, nempe Christi, nos saluari debere. Hoc autem meritum non nisi fide apprehendimus. Iam fides donum Dei est, & quidem gratuitum. Ephe. 2. Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex uobis, donum enim Dei est, non ex operibus, ne quis gloriatur. In hoc itaque dono, gratia, fide, omnes unum sumus in Christo. Galat. 3. Nec refert quis etiam in fide sit ardentior, sed quatenus unus est scopus fidei omnium, ita omnes unum reddit in Christo, hoc praeludebat manna, de quo, si quis plus minusque collegisset, per Gomor mensuratum, non plus aut minus habebat, sed aequaliter omnes, unde licebit nobis etiam donorum facere differentiam.

DVPLICIA DONA.

Alterum iustificans, quae est fides. Haec ex aequo omnibus Christum partitur, nec ullus maior aut minor est in Christo, inde & aliud thema.

OMNES SANCTI IN REGNO GLORIAE PARES FUTURI.

Christus seruator noster, glorificatus corpore & anima, regnat in caelis, ad eandem glorificationem corporis & animae, uocati sunt omnes in uniuersum sancti. Philippen. 3. Vnde & dominum expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae. 2, Cor. 3.

Philip. 3.

2. Cor. 3. Vbi dominus, ibi libertas &c. in eandem imaginem transformamur &c. Rom. 8. Si filij & hæredes, hæredes Dei, cohæredes Christi. 2. Cor. 6. habentes eandem remunerationem. Ephe. 3. Consortes, comparticipes, concorporati Christo. Et cap. 2. Confedere nos fecit Deus in cœlestibus cum Christo. Ioan. 17. Vt sint unum in nobis, item sint consummati in unum. 1. Ioan. 3. Nunc filij Dei nominamur & sumus &c. Cum apparuerit similes illi erimus, & uidebimus eum sicut est. Et cap. 1. Societatem habemus cum patre & filio eius Iesu Christo, item ut habeant societatem nobiscum, maxima & preciosa dona donauit nobis, ut per ipsum diuinæ efficeremur consortes naturæ. 2. Petri 1. Fidelis Deus qui uocauit nos in societatem filij dilectionis suæ. 1. Cor. 1. Et sexcenta huiusmodi, & in Apostolorum simbolo credimus sanctorum communionem. Huc & mystici connubij significatio facit. Erunt duo in carnē unam, nā qui adhæret domino unus spiritus fit. 1. Cor. 6. Qualis cœlestis, tales & cœlestes, si portabimus imaginem terreni, portabimus & imaginem cœlestis, 1. Cor. 15. Sequitur ergo omnes sanctos in dotibus corporis & animæ pares futuros in regno gloriæ. Iam illud Christi Ioannis 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Non, ut magister sententiarum somniat (id est, meritorum differentiæ) ad superiorum analogiā interpretemur, mansiones multæ, id est, multorum electiones sunt in domo patris mei. Illud Danielis 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iusticiam erudiūt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates, in consolationem Euangelistarum dictum est. Et Paulus 1. Cor. 15. Stella differt a stella, nihil de hac doctrina loquitur, ut perspicuum est introspicenti textum, in quo est collatio corrupti corporis & resuscitati ad incorruptionem, sic enim (ait) sic & resurrectio mortuorum.

f Ambrosius

2. Cor. 3.
 Rom. 8.
 2. Cor. 6.
 Ephe. 3. et 2.
 1. Ioan. 3.
 1. Ioan. 17.
 1. Ioan. 3.
 2. Petri 1.
 1. Cor. 1.
 1. Cor. 6. et 15.
 1. Cor. 15.
 1. Cor. 15.
 Domit. 12.

Ambrosius Ephe. 1. exemplum salutis credentium & gloriae, in resurrectione saluatoris consistere profitetur, ut ex ea cognoscant fideles, quid eis promissum sit, simili enim modo extollentur supra caelos, futuri cum Christo, sicut & ipse dixit; Volo pater, ut ubi ego sum, illic sint & ministri mei, & uideant gloriam meam.

Idem libro 2. de uocatione gentium cap. 5. Ostendit patrem familias diuerso tempore conducentem operarios uinae, sub pactione denarii, quo uitae aeternae significatur aequalitas. Et post.

Vt etiam hi qui multo labore sudauerunt, nec amplius quam nouissimi acceperunt, intelligant donum se gratiae, non operum accepisse mercedem.

Hieronymus Matth. 13. In hoc periculosa est interpretatio, ut inter merita sanctorum quamlibet discretionem facere uideamur. Idem contra Iovinianum: Ad sunt nobis opera bona & merita, & non ad sunt. Ad sunt quia dona Dei sunt, & opera eius solius. Nulla sunt, quia non plus de eis possumus praesumere quam ullus nouissimus peccator, in quo nondum operatur Deus. Ita sumus, fuimus, manemus semper coram Deo aequales omnes. Idem ut superius citavi omnes retro sanctos eiusdem esse meriti, ut nunc sunt Christiani.

Lyranus Ro. 8. Cohæredes Christi, qui est, inquit, naturalis filius Dei, & sic pertingimus ad gloriam animae & corporis sicut ipse.

Ex his liquet, omnes Christianos pares esse, nec alius alio de Christo plus habet, Petrus latrone in cruce non est potior: Maria Dei mater peccatricem Magdalenam non excellit. Si dicis altero alterum plus laborasse, interrogo quid est quod non accepit? Si accepisti quid gloriaris? Plus omnibus laborat Paulus, sed gratia Dei in ipso, ipse enim omnia opera nostra operatur in nobis, & operationis laus
non

non nobis, sed Deo per nos operanti, est deferenda. Nam
etsi prædicauero, non est mihi gloria. 1. Cor. 9. Iam uel cæco
perspicuum est, sanctos in regno gloriæ pares futuros. *1. Cor. 9.*

Est et aliud genus doni quod uocant, donum gratis datū,
nam donum gratum faciens sola fides est, quæ nos Deo gra-
tos acceptosq; reddit, hanc fidem, iustificans donum uoco,
alia dona non iustificantia, in his donis beata Virgo omni-
bus sanctis præeminet quæ una sic inuenit gratiam apud
Deum, ut mater Dei & hominis fieret, sed ne uirgini quidē
profuisset partus, & matris nomē ut Chrysostomus ait, nisi
fide & bonitate præstasset. Sic de Ioanne Christus concio-
natur: Inter natos mulierum maior propheta non surrexit
Ioanne, sed maior, donis non iustificantibus, officio, rebus
externis & actionibus. Multa enim sunt genera gratiarum
quæ ad utilitatem ecclesiæ cuiq; partitur Deus, secundum
mensuram, alij plus, alij minus, linguis loqui, prophetare, su-
scitare mortuos, castitas corporalis, & alia huiusmodi, do-
na quidē sunt gratis data, et maxima, sed gratos nō reddunt
quemq;, sed sunt pijs & impijs communia, Matth. 7. Vide
Lyranum Acto. 10. Hoc monere uolui, ut sciāt fratres mei
donorum rationē, & scripturas de donis sic sonantes, quas
non ut Thesei filium, sed ut lucernam pedum nostrorum imi-
temur. Abunde experti sumus quid indocti Monachi de
sanctorum meritis uociferati fuerint. Stat ergo sententia,
sanctos in hoc mundo donis non iustificantibus differre, in
regno gloriæ pares futuros & unum, iuxta fidei omnium
ueritatem.

Chrysostomus

Matth. 7.

DE CHRISTI HONORE.

SI omnes ad mensurā ætatis plenitudinis Christi occurri-
mus, .i. sum⁹ in glorificato corpore & aīa pares Christo,
quid

Joan. 3.

philip. 2.

Duplex corp⁹ epⁱ

ephe. 5.

Joan. 8.

math. 17.

ephe. 1.

Hebre. 1.

Acto. 26.

Quid sibi uult Ioannes qui (Ioan. 3.) de Christo sic loquitur: Qui de caelo uenit super omnes est. Et Paulus Philippeñ. 2. Deus dedit illi nomen, quod est super omne nomen &c. Dixi superius duplex esse corpus Christi, alterum naturale, alterum spirituale ac mysticum, quod est ecclesia, in qua singuli sancti, singula membra sunt. Iam nullus sanctorum est pro se, uel pro alijs mortuus, sed ex æquo pro omnibus Christus. Hostia naturalis corporis saluatur spirituale corpus. Ephe. 5. Ipse saluator corporis sui. Proinde Christus suū corpus mysticū nō excellit glorificatiōe, sed merito siue causā. Cū enim suo pprio merito nullus ab initio potuerit saluari, cōsequens est, ut alieno, nempe Christi, merito saluetur. Et hæc est fidei p̄rogatiua, ut Christi, ut alienū apprehēdat meritū. Est ergo Christus omnib⁹ sanctis & angelis maior merito, ut Ioannes docuit; Qui de caelo uenit, sup oēs est. Et Paulus: Dedit illi nomē, q̄d est super omne nomē. Acto. 4. Non est aliud nomen, nō est alia causā, aliud meritū sub caelo, in quo nos oporteat saluos fieri, nisi nomē Iesu Christi dicit Apostoli. Causā autē tanti meriti, quia Christus, q̄ placita sunt patri fecit semper. Ioan. 8. Nos autē in multis offendimus omnes, & propterea solus Christus est dilectus patri, Matth. 17. Quod si & nos uolumus diligere a patre, ad Christum adcurramus, in eum solum fidamus, sicq; diligit nos Deus in dilecto filio, Ephe. 1. Accipiemusq; de eius plenitudine, gratiā p̄ gratia. Christus siquidē unctus est a Deo patre, ac donatus supra consortes, ac participes suos Hebræ. 1. Haud dubie, merito saluandi & remittendi peccata. Acto. 26. accipiant remissionem peccatorū per fidem quæ est in me. Christus speciosus forma præ filijs hominum, cui merito flectitur omne genu, cœlestium, terrestrium & infernoꝝ, & omnis lingua constebitur ei, habet enim nomen super omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed

sed etiam in futuro, Philipp. 2. Saluandi itaq; merito, & pla
candi patrem, Christus maior est omnibus sanctis, Ioan. 17.
Ego pro eis sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in
ueritate. Sed obiter ut in transcurso & hoc addam, duplex
honor Christi est: cōmunis & proprius, Deus omnis gratiæ,
qui uocauit nos in æternā suam gloriā, in Christo Iesu. 1. Pe
tri 5. Qui uocauit nos in regnum suum et gloriā. 1. Thess.
2. Suscipite uos, sicut & Christus suscepit uos in honorem
Dei. Rom. 15. Hic honor communis est ecclesiæ cum Chri
sto. Sed honore mediationis, id est, officio reconciliandi pa
trē, offerendi se patri, nulli secūdus, maior omnibus est. Hūc
honorem dat nemini, cū sit proprius. Quicumq; igitur hunc
propriū honorem non tribuūt Christo, imo detrahunt ei,
in communi honore ei pares esse non possunt. Reddamus
ergo propriū, ut porro accipiamus communem.

Sed hic non grauabor plura de meo Christo, quem, ipsius
gratiā, indign⁹ fuerim & cōfessus hactenus recte, & testat⁹,
ut & fratribus gratificer adferre. Omnīū rerum proprietas
ac utilitas est cognoscenda. Si ignoras Christum (cuius cog
nitio ut est uita æterna, ita iustificat multos, Esa. 53.) &
eius beneficia, nihil tibi, pderit. Christus uer⁹ Deus & homo,
duplex in uno supposito, natura secundum diuinitatem pati
non potuit, secundum hominem passus est, ex sola Dei pa
tris uoluntate, & erga nos dilectione. Prior enim nos dilexit
teste Ioanne. Et Iere. 31. Charitate perpetua dilexi te &c.
Cæterum cum mors stipendium sit peccati, Christus pecca
tum non fecerat (agnus sine macula) ergo secundum natu
ram nec mori debebat, Ioan. 14. Princeps mundi non ha
bet in me quicq;. Sed mortuus est cōtra naturam, ut merito
mortis suæ, nos saluaret cōtra naturam. Si ipsius naturam
spectes, indebita mors est, & munus misericordiæ: Si nostrā
naturam, debita. Quando nō alia ratione saluari poteram⁹

philip. 2.

Jo. 17.

1. petri. 5.

1. thessal. 2.

Rom. 15.

Esai. 53.

Ierem. 31.

Jo. 14.

Augustinib

ephes. 1.
Roma. 8.

2. Cor. 5.
Roma. 5.

nisi morte Christi, mors morte abolenda erat. Adam & nos in eo, in quo omnes peccauimus, in mortem corporis & animæ inciderat, Christus itaq; morte corporis sui, mortem nostram, corporis & animæ destruxit, ut suo simplo nostro duplo consonet. Et pulchrum diapason adimpleat secundū Aug. 3. libro de Trinitate cap. 4. Quare merito mortis ac passionis suæ reconciliauit patrem omnibus in se credentibus. Causa ergo efficiens salutis nostræ Deus est, causa seu organon instrumentale (ut ita dicā) humanitas Christi est. Lyra Acto. 13. Remissio peccatorū uobis annuntiatur dicit, facta per Christi humanitatem meritorie, per eius diuinitatem effectiue. Idem super Iudæ Epistolā: Humanitas Christi humanæ salutis est instrumentum. Et ut Augustinus libro 9. de ciuitate dicit: Ut ad Deum hominis iter esset homini per hominē Deum, nusquam magis claruit Dei erga nos in debita misericordia, q̄ in Christo homine, cui pater nō pepercit, sed pro nobis in precium, satisfactionem, et redemptionem nostram dedit, per quem habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Ephe. 1. Iam obiectum fidei nostræ, est promissio Dei. Rom. 4. Ideo ex fide ut firma sit promissio, est uerbū Dei, qui est Christus, homo & Deus. Et quia secundū hominē pro nobis passus est, merito itaq; passionis suæ sarcit defectū nostrū, & Deum patrē offensum nobis reconciliat. 2. Cor. 5. Rom. 5. Est em̄ humanitas Christi diuinæ erga nos misericordiæ declaratio. Discamus ergo Christo suū tribuere honorē, & secus docentibus pro nostra uirili nos murū opponamus. Scriptū est: glorificantes me glorifico. Nihil hic dictum est, scripturis & Christi auctoritati contrarium. Sed rem in qua proprius honor eius consistit pressius intuebor, hoc sit thema,

Solutio

SOLVS CHRISTVS EST ME-
DIATOR NOSTER.

Primum omnium sciendum, quod in mediatore hæc
duo concurrunt. Primum oportet extare uerbum Dei,
ex quo certo sciamus, quod Deus uelit misereri, & exaudire
inuocantes per hunc mediatorem. Talis extat de Christo
promissio: Quicquid petieritis patrem in nomine meo &c.
Habemus & mandatum patris: Ipsum audite. Alterum q̄
merita ipsius possint aplicari pro peccatis nostris. Sanctos
pro mediatoribus inuocari, nec præceptū, nec promissio est.
Et Paulus audet dicere: tantum in Christo sperātes sumus,
1. Cor. 15. Et Ioan. secundo capite prioris Epistolæ: Aduo- 1. Cor. 15.
catum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, qui 1. 704. 2.
est propitiatio pro peccatis nostris &c. Sacerdotis interest
offerre, & sua oblatiōe placare Deum his, pro quibus offert. Sacerdotis officium est
Christus seipsum obtulit patri pro tota ecclesia, et sua hostia
placauit patrem credentibus in se, unica enim oblatione
consumauit sanctos. Non sanctos, non B. Virginem habemus
apud filium aduocatos uel aduocatam, ut sua ubera
ostendat, sed Christū Iesum apud patrem: hoc Christi sacer
dotiū patris iuramēto & pmissione est cōfirmatū, Psal. 110. Ps. 110.
Et 1. Ti. 2. Unus Deus, unus & mediator Dei & hominū, 1. Timo. 2.
homo Iesus Christus. Quidam Paulum sic eludunt, unus, i.
præcipuus uel principalis, quasi minus principales plures
sint, uel unus mediator redemptiōis, sed plures intercessorij.
Sed audi Chryfosto. Homelia 7. prioris Epistolæ ad Ti. Chryfostomus
Enimvero mediator, inquit, utrisq; eis debet societate con-
iungi, quorum mediator est: Id quippe mediatoris est, utro
rumq; participem fieri, quorum fuerit mediator. Quemad-
modum enim loci cuiuslibet medium, utranq; partem con-
tingat necesse est, ita & naturæ ambarum medium oportet
utrasq;

utrasque naturas contingere atque connectere. Quæadmodum igitur homo factus est, ita etiam Deus erat. Homo quippe purus mediator, nunquam penitus fieret. Oportebat enim huiusmodi mediatorem cum Deo colloqui, Deus item solus mediator esse non posset.

Christus Deus et homo, cum Deo Deus, cum homine homo, oportet utriusque (id est, quos reconciliat, & cui reconciliat) naturæ participare esse. Talis est Christus. Sanctoꝝ nullus, lapis angularis, qui duos parietes, multum inter se dissidentes, coniungit. Purus siquidem homo ad purum Deum nulla potest ratione peruenire, sed per eum, qui Deus est & homo, id est, per Christum, per quem habemus ambo accessum in uno spiritu ad patrem, Ephe. 2. Ego sum uia, ueritas & uita, nemo uenit ad patrem nisi per me. Ioan. 14. Qui uidet me uidet patrem. Vnde & saluare potest in perpetuum accedentes per semetipsum ad Deum patrem &c. Heb. 7. Item elegit nos in ipso. Diligit nos in dilecto filio, Ephe. 1. Chryso. Ioan. 16. Non indigetis aduocato, sed nominis mei inuocatio satis est ad omnia consequenda. Multa possem adferre, sed breuitati studens, prudens, sciensque prætermitto. Hoc unum in gratiam fratrum adscribam, est enim Monachoz telum efficax. In aula inquirunt regia amicis intercessoribus utendum est, similiter & apud Deum. Nam simile est regnum celorum homini regi &c.

Fides est regula. Porro regula non debet corrumpi propter exemplum, ponenda sunt exempla, sed fidei analogæ. Christus, Prophetæ, Apostoli usi sunt exemplis, sed quæ nihil derogant fidei nostræ. In aula principis utimur intercessoribus, quia extat charitatis regula, alter alterius onera portat. Hic nihil præiudicat fidei nostræ. Ad hæc quod ad principes & reges non statim intromittimur, imbecillitatis & impotentia signum est, & timoris. Timent sibi, ne clam tollantur

Ephes. 2.

Joan. 14.

Hebr. 7.

Ephes. 1.

Chryso. Ioan. 16.

Exempla ponenda

lantur e medio, sed similitudine quæ semper claudicat ste-
utatur. Sicut ad regem non intromittimur, nisi p suos com-
missarios, sic ad Deum patrem non possumus peruenire,
nisi per Christum, quem audiendum præcepit pater: Ipsum
audite. Agnoscit hunc sensum Ambrosius Rom. 1. cap. &
Hebræ 10. dicitur Christus sacerdos magnus super domum
Dei, uel præfectus domui Dei. Iam ad Deum patrem non
datur nobis aditus nisi per hunc præfectum Christum Iesum,
quæ præludebat scala Iacob, ostium arcæ. Ego sum ostium,
per me si quis introierit, saluabitur. Altare sine gradibus,
Ut ne commemorem quæ scriptura his, qui in homines fi-
dunt minatur, Iere. 17. Maledictus homo, qui confidit in ho-
mine, & ponit carnem brachium suum. Benedictus homo
qui confidit in domino. Et cap. 9. Homo in omni fratre suo
non habeat fiduciam. Nolite confidere in principibus, in fi-
lijs hominum, in quibus non est salus. Hieronymus super
Hezechi, cap. 14. Quod si in aliquo fiducia est, in solo do-
mino confidamus. Maledictus enim omnis homo, qui spem
habet in homine, quamuis sancti sint, quamuis prophetae.
Legimus: Nolite cõfidere in hominib⁹. Et iterum, Bonum
est confidere in domino, quam confidere in principibus, nõ
in principibus tantum seculi, sed & in principibus ecclesiæ,
qui suas tantum animas (si iusti fuerint) liberabunt. Solus
hic est mediator noster, qui ut natura Deus est & homo, ita
secundũ hominem sine contagio peccati est. Sancti omnes
peccatores sunt, fuerunt. Absit ut peccator in peccatore fi-
dat, omnes egent Christo, sine cuius gratia nullus unquam
potuit saluari. Concludam ergo, solum Christum, exceptis
omnibus diuis, habemus aduocatum et mediatorem coram
Deo patre, & hic est peculiaris ac proprius honor ipsius
quem profecto dat nemini. Longius progressus sum forte,
quam propositi ratio admittebat, sed propter fratres meos,

Ambrosius
Hebræ. 10.

Jerem. 17. et 9.

Hieronymus

g quibus

quibus adhuc hoc negotium parum constat, feci. Medius est itaq; Christus inter ecclesiam & Deum patrem, ut uerba Apostoli citauit: Vos Christi, Christus autem Dei. De honore ecclesie & Christi pro mea tenuitate dixi. Iam

DE HONORE DEI.

AD conciliandam amicitiam duo requiruntur, Notitia & Amor. Inuisa res diligí potest, incognita nunquã. Porro fides non est aliud, quam notitia Dei, Ioan. 17. Fide ergo conciliatur amicitia cum Deo. Vos amici mei estis, Ioan. 15. Et Esaias 7. Si non credideritis non intelligetis. Qui Deum cognoscunt, & amant, sciunt eum proprio ac germano colere cultu, sciunt eum peculiari adficere honore, qui cultus seu honor in tribus consistit.

SOLVS DEI TRIA SVNT.

CReare, saluare, damnare. Omnipotens creat. Misericors saluat. Iustus damnat. Qui creauit, idem & saluat fide, quod si incredulus fueris, damnat propter incredulitatem.

SOLVS DEVS CREAT.

Qui creauit omnia Deus est, Hebræ. 3. Genesis 1. In principio Deus creauit coelum et terram. Vnus Deus creator omnium, omnipotens, rex potens, & metuendus nimis, Ecclesi 1. Symbolum Apostolorum: Credo in Deum, patrem omnipotentem, creatorem coeli & terræ. Nicena synodus addit, uisibilem & inuisibilem, Et Colo, 1.

Solus

Joan. 17 et 15.

Esaias 7.

Hebræ. 3.

Genesis 1.

Ecclesi 1.

SOLVS DEVS SALVAT.

DEus iustus, & saluans non est præter me, Esai. 45. *Esai. 45. et 46.*
 Ego feci, ego feram, ego sanabo, ego saluabo. 46. Idē,
 Deum extra me nescies, & saluator non est præter me. Osee *Osee. 13.*
 13. Seruatorem animæ tuæ nihil fallit. Prouerb. 24. Tu do- *peroner. 22.*
 mine qui mortis & uitæ habes potestatem. Sap. 16. Vnus *Sapient. 16.*
 est legislator, qui potest & liberare & perdere, Iacobi 4. *Iacobi 4.*

SOLVS DEVS DAMNAT.

Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis, Hebr. *Hebr. 12.*
 12. Vnus est legislator, qui potest perdere. Nolite ti- *math. 10*
 mere eos, qui occidunt, animam non possunt occidere, sed
 timete eum, qui potest, & corpus & animam mittere in Ge-
 hennam, Matth. 10. Tu Deus qui uitæ & mortis habes po-
 testatem. Qui habet clauem mortis & inferni, Apocalyp. 1. *apocal. 1.*
 Dñs populum ex Aegypto saluans, secundo eos qui non
 crediderunt perdidit, Iudas Apostolus. Videte quod ego
 sum solus, & non est alius Deus præter me, ego occidam &
 uiuere faciam, & non est, qui possit de manu mea eruere, *Deut. 32.*
 Deutero. 32. Ego Dominus, & hoc est nomen meum, ho- *Esai. 42. et 48.*
 norem meum nemini dabo, & laudem meam sculptilibus,
 Esaiæ 42. & 48.

DEVS CREAVIT OMNIA,
 SED PER VERBUM.

OMnia per ipsum facta sunt. Mundus per ipsum factus *Jo. 1.*
 est, Ioan. 1. Omnia in sapientia, id est, in filio fecisti, *Ps. 103.*
 Psal. 103. Deus uniuersa condidit per Iesum Christum,
 Ephe. 3. & 2. Ipse sumus factura creati in Christo Iesu, *ephe. 3. et 2.*
 g 2 omnia

Rom. 11.

1. Cor. 8.

omnia ex ipso, per ipsum, & in ipso, Ro. 11. Unus dominus
noster Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum,
1. Cor. 8. Per quem creata sunt omnia, siue in cœlo, siue in
terra, uisibilia & inuisibilia, Colo. 1.

DEVS SALVAT OMNES,
SED PER VERBUM.

Jo. 3. et 6.

Matth. 17.

2. Cor. 6.

Acto. 10.

Rom. 5.

Non misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mun-
dum, sed ut saluetur mundus per ipsum, Ioan. 3. Hæc
est uoluntas patris mei, ut qui uidet filium, & credit in eum
habeat uitam æternam. 6. Hic est filius meus, in quo mihi
complacuit, ipsum audite, Matth. 17. Omnia ex Deo, qui
nos reconciliauit sibi per Christum, & dedit nobis uerbum
reconciliationis, quandoquidem erat Deus in ipso reconci-
lians sibi mundum, non imputans eis peccata eorum, 2. Cor. 6.
Verbum misit Deus filiis Israel, annunciâs nobis pacem per
Iesum Christum, hic est omnium dominus, Acto. 10. Pacem
habemus ad Deum, per dominum Iesum Christum, Ro. 5.

DEVS DAMNAT, SED
PER VERBUM,

Jo. 5.

Matth. 25. et ult.

Acto. 10.

Pater omne iudicium dedit filio. Item, potestatem dedit
ei, & iudicium facere, quia filius hominis est, Ioan. 5.
Ite maledicti in ignem æternum, Matth. 25. Data est mihi
omnis potestas in cœlo & in terra, Matth. ultimo. Iudex ui-
uorum & mortuorum, Acto. 10. Ex his quæ dixi meridiana
luce magis sunt perspicua, & si nulla alia esset ratio, præter
hanc, contra eos, qui ex sanctis mediatores finxerunt, hæc
una sufficiebat. Nam quemadmodum Deus creat, sed per
uerbum, ita saluat, sed per idem uerbum. Siquidem utrobique
eadem

eadem potentia est. Sancti qui & ipsi a Deo sunt creati per
uerbum, ita & ipsi saluati per uerbum, ut seiplos creare non
potuerunt, quanto minus saluare, sed fide in Christum sala-
uati sunt. Credamus & nos in ipsum, haud dubie saluabi-
mur. Deus suum honorem, creando, saluando, damnando,
dat nemini. Et Christus suum honorem (nam Pius secun-
dus ad Cæsarem Turcarū scribens illa uerba Esaiæ: Deus
iustus et saluans &c. in Christi persona interpretatur) ut quis
alio mediatore saluari possit, dat nemini. Lyranus cap. 3.
ad Rom. Finis, inquit, correspondet principio, & ideo sicut
Iudæi & Gentiles processerūt a Deo, sicut ab uno principio,
ita reducuntur ad ipsum sicut ad finem unum, quæ reductio
fit per mediatorem Iesum Christum. Creationem non tri-
buis sanctis, meritis, operibus, & salutem tribuis, utrum ma-
ius? Tu uide, sed utrumq; unius Dei opus. Vis ergo Deum
colere in spiritu & ueritate? crede eum tuum creatorem &
seruatorem esse per Christum, si hoc non credideris, eum
damnatores non poteris non experiri. Augustinus de uer-
bis Apostoli, sermone 27. Sicut creatore opus habemus, ut
essemus, sic saluatore ut reuiuisceremus. Iustus damnauit
hominem, misericors Deus liberat hominem. Bernardus
de lib. Arb. Quid enim? agnoscis creantis potentiam, sal-
uantis gratiam, & sanantis ignoras iusticiam? De caussa
peccati, quod scilicet Deus non sit author mali, sed uolun-
tas in homine & diabolo qua male usi sunt, nō est hic locus
dicere. Obiter illud moneo, Deum creasse omnia in laudem
& nomen & gloriam suam, Deuter, 26. In creatione, ipsius
omnipotentia, misericordia in saluando, iusticia in damnan-
do clarescit. Cur hunc uel illum, damnat uel saluat, ipsius uo-
luntas regula est iusticiæ, Permittamus eum operari pro
sua uoluntate et libertate, nam abyssum iudiciorum suorum
penetrare non possumus.

ephe. 3.

Hic omnem moueamus lapidem, siquidem pro ra & pup
pis salutis nostræ in hoc cōsistit, uidelicet si scimus Deū suo
ac proprio cultu honorare. Quid est enim aliud impietas,
quam uitium pugnans cum prima tabula? id est, Deo suum
non tribuere honorem, non illum timere, illi non fidere, ua
care metu, fiducia Dei, non agnoscere eum omnipotentem,
miseri cordem, iustum. Profecto scriptum est: Qui me con
temnunt erunt ignobiles. Credamus ergo & toto pectore
teneamus Deum creatorem nostrum esse, & saluatorem, cre
auit per uerbum suum, Iesum Christum, saluat per eundem
Iesum Christum nos, qui solidam in eum collocauimus fidu
ciam, iuxta illud in quo habemus fiduciam & accessum in
confidentia per fidē eius, Ephe. 3. quem, qui non agnoscunt,
damnantur, propter incredulitatem, peccatum. Qui enim
non crediderit, condemnabitur. Et sic in gratiam meorum
fratrum, de uero honore Ecclesiæ, Christi & Dei, simplicissi
me, crasse tamen scripsi. Nunc ad reliqua fratris uerba ac
cingor.

SEXTA VERITAS.

Exodi. 32.

Ps. 131.

Genes. 28.

*Obsertu,
Faber et su
us Mona =
chus, qua =
les sunt car
nifices, et
tortores
scriptur.e.*

Inuocandi sunt sancti dormientes pro intercessoribus,
hæc ueritas ex priore consequit, & tali ratione firmatur:
In aula principum amicis intercessoribus utendum est, simi
liter apud Deū. Simile est regnum cœlorum homini regi &c.
Vnus modus orandi & inuocandi sanctos. Exodi 32. Re
cordare Abraham Isaac seruorum tuorum, Moyse confu
git ad dormientes sanctos, uel potius ad Deum sanctis me
diantibus. Psalm. 131. Memento domine Dauid &c. Ecce
unum modum orandi, quo inuocantur sancti dormientes.
Et ecce similiter exemplum Genesis 28. Angelus qui eripuit
me, benedicat pueris istis. Ecce alium modum orandi, exem
plum ibidem inuocetur nomen meum &c. quasi præceptū
audi

audi & promissionem, Ioan. 14. Si quid petieritis patrem in nomine meo &c. Hæc ille. Si alteri cuiquam talis pugna cum Monacho contigisset, acerbius forsitan respondisset qui omnia confundit perinde atque iura coquus. Quis legit unquam Moysen ad mortuos sanctos confugisse? Et ne nunc quoque inuocant Iudæi mortuos. Sanctorum cōmemoratio quæ inuocationis nomine accipitur, aliquando frequens est in scripturis, discant hos modos orandi a Fratre, sacre Theologiae candidati. Pudeat hunc erroris sui. In ratione inuocationis tria concurrunt: Præceptum, Promissio, Fides. Vnus est modus inuocandi Deum, Psal. 49. Inuoca me in die tribulationis. Et Numeri 6. Inuocetur nomen meum super filios Israel, ecce præceptum: & ego exaudiam, ecce promissio: & cum inuocamus Deum firma fide credamus, eum nos uelle exaudire. De sanctorum inuocatione nec præceptum uisum nec promissio, Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis, Ioan. 15. Quicquid petimus, siue spiritualia siue corporalia, semper in nomine Christi, id est, propter Christi meritum petamus, non in nomine alterius sancti, et quicquid offerimus seu cōmendamus Deo, offerimus per Christum, 1. Petri 2. Offerentes spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum, Lyranus super Coloss. Gratias agentes Deo, & patri per ipsum, sic dicit. Quia sicut dona Dei nobis proueniunt per Christum mediatorem nostrum. Sic per Christum orationes nostræ & operatiões sunt exaudibiles. Et toties Lyranus recordatus sum, ut uel ex suis penitentibus habeant, cuius autoritate commoneantur. Inuocandus est itaque Deus, sed semper in nomine Christi. Magna est emphasis, quum dicit: In nomine meo, aliorum nomina, respectum, dignitatem, excludit. Hæc ut clarius fratres mei intelligant, de Christi sacerdotio pauca subiungam,

De

Joan. 14.

Ps. 49

Numeri. 6.

Joan. 15.

1. Petri. 2.

DE CHRISTI SACERDOTIO.

*Officiū sacerdotij
triplex est*

Roma. 3.

Melanthon

Christus est summus pontifex, & princeps sacerdotum, cuius sacerdotium est æternum, secundum ordinem Melchisedech, & Leuiticum sacerdotiū ipsum præludebat. Cæterū omnes Christiani quoque sacerdotes sunt in Christo. Est autem triplex sacerdotis officium. Primum sacrificare, quod est mactare, occidere, offerre, sed ingens est discrimen inter Christi & Ecclesiæ sacrificiū. Solius Christi sacrificiū est propitiatorium, id est, quod meretur alijs propitiatiōnem, & quod est applicabile pro peccatis sanctorum omnium temporum. Sancti qui & ipsi sacrificant, offerentes spirituales hostias, fidem, timorem, inuocationem, gratiarum actionem, spirituales motus animi, opera bona, confessionē, tamen eorum sacrificia nō possunt applicari pro quoquam, sed tantum sunt eucharistica. Christi autem sacrificiū est solum, quod meretur peccatorum meorum remissionem. Talis enim decebat ut esset nobis pontifex, sanctus, impollutus, innocens, segregatus a peccatoribus, ut dignitate sui sacrificij reconciliaret patrem, his pro quibus sese offerret. Et profecto pater nos reconciliauit sibi per Christum, nam pacem habemus ad Deum, per dominum nostrum Iesum Christum, qui est propitiatio pro peccatis nostris. Item quem pater proposuit propitiatorium pro peccatis nostris in sanguine ipsius, Ro. 3. Quare quicumque saluari uult hæc duo sacrificia Christi scilicet & ecclesiæ probe conferat, & alterum ab altero se iungat. Nam multum discriminis est, inter sacrificiū quod meretur nobis peccatorum remissionem & uitam æternam, & sacrificiū eucharisticum, quod nec sibi nec alijs meretur remissionē peccatorum, aut reconciliationē & si sit a reconciliatis. Rationem sacerdotij Christi Philip-
pus Melanthon homo ut doctiss: ita Christi gloriæ stu-
diosiss.

dioliffi. non magis erudite, q̄ Christiane sic complexus est.

· Namq; sacerdotis summi quocq; manus obibit,

· Iratumq; patrem nobis placabit, & unus

· Orabit ueniam miseris mortalibus, atq;

· Hostia erit pro delictis gratissima nostris.

· Digna sententia & alta mente reponenda, egregie enim depingit Christi sacerdotium.

· Lyranus Hebræ. 10. Vnica mors Christi sufficit ad delendam omnem culpam, cōmissam, & cōmittendam. Secun-

dum officium est orare. Orauit Christus, sed semper exau-

ditus est pro sua reuerentia, Hebræ. 5. Orant sancti, sed non

semper exaudiunt. Tertium, prædicare est. Christus præ-

dicauit, sed & spiritu docuit, unus est em̄ magister noster.

Sancti docent, sed nisi spiritus intus illuminet auditorum

corda, foris inuanum laborat lingua eorum. Deus enim est

qui dat incrementum. Proinde Christi ministerium duplex

est, quod gessit in corpore, quod nunc gerit in spiritu. In pri-

mo, Ecclesia conuenit cum suo capite Christo, Sacrificat

enim, orat, prædicat. In altero nulli secundus, etsi semel sit

mortuus, tamen merito mortis suæ apparet nunc uultui Dei

pro nobis, sedet ad dexteram Dei, interpellans pro nobis p̄-

atrem continue. Et sic liquet, sacrificium ac sacerdotium Chri-

sti, digni⁹ esse, & magis efficax sacrificio ecclesiæ. Et ne quis

uociferet importunius, quod sanctos in Christo sacerdotes

esse dixi: omnes enim Christiani sacrificare debent sacrificiū

iusticiæ, quæ est ipsa fides, mortificatio nostri, diffidentia

conditionis dignitatis nostræ, & omnium creaturarum, &

fiducia solius Christi. Rom. 12. uocat Apostolus corpora

nostra hostiam uiuam, rationalem &c. Et profecto uere tūc

sacrificamus, nosq; occidimus, cum incredulitate explosa,

diffidimus nobis, & soli Christo fidimus. Ex hoc erumpim⁹

in laudem nominis sui, in laudem patris nostri qui filio suo

Hebræ. 5.

Christi ministerium

Rom. 12.

h non

2. Cor. 9.

non pepercit, sed eum pro nobis in omnes crucis formas exposuit, pro qua re nulla lingua pro dignitate eius erga nos misericordiam laudare potest. Sic affecti erga Deum, & in proximos pari affectu erimus, quos omni humanitatis officio demereri studemus, offerentes operum sacrificia. Quatenus autem baptizant, missant, publicitus prædicant, non sacerdotes proprie, sed ministri ecclesiarum dicuntur. 2. Cor. 4. Non nos ipsos commendamus, sed Iesum Christum. Nos autem, seruos uestros. Etiam si nunc quis baptizet, prædicet publice, modo offerat sacrificium iusticiæ, laudis, operum, oret pro alijs & pro se, priuatim suam familiam doceat sacerdos est. Non priuo ministros suo honore, modo digne agant suum ministerium. Nam ecclesia uera has notas habet: Verbum Dei, & sacramenta. Prædicet uerbum, porrigat sacramenta, uerus minister est. Tantum de Christi & ecclesiæ sacerdotio simpliciter & crasse dixisse sufficit. Nunc de iustificatione eadem dexteritate dicam.

DE IUSTIFICATIONE.

Magna est cōcertatio Monachis & sacrificulis nostris, de ratione iustificationis. Sunt qui nituntur illi dicto Thomæ in prima secundæ, q. 109. articulo 6. Quatuor, inquit, requirunt ad iustificationem impij, scilicet gratiæ infusio. Motus lib. arb. in Deum per fidem, motus lib. arb. in peccatum per detestationem, & remissio culpæ, quæ longius uidentur rem depingere. Nos sciamus in iustificatione hæc tria inesse: Peccati remissio, personæ acceptio, & uitæ æternæ donatio. Verbum autem iustificandi forense uerbum est, idem quod iustum declarare, pronunciare, & iusticia significat acceptationem, idem quod acceptus seu gratus. Porro qui fide in Christum præditi sunt, iustificati sunt, accepti ac grati,

grati, quibus remissa sunt peccata, & sunt haeredes omnium bonorum spiritus. In hac autem controuersia fides Paulo significat non historiae tantum notitiam, sed & fiduciam misericordiae Dei. Quod autem sola fides iustificat in censurarum condemnatione, & scripturis sacris, & doctorum testimonijs comprobatur. Caeterum duplex est iusticia, interna, externa. Et homo ut duplex est, ita dupliciter debet iustificari, fide coram Deo, quia oculi domini respiciunt fidem, Iere. 5. Operibus coram hominibus. Reddamus ergo Deo, quae sunt Dei, hominibus quae sunt hominum. Sumus enim omnes ex aequo debitores, Rom. 8. Deo & hominibus, hoc diuersum est iudicium. Deus iudicat ex fide, & ex fide aestimat opera. Primum enim respicit ad personae fidem, ad Abel, dehinc ad munera. Nam quicquid non proficitur ex fide, non placet Deo. Si persona fide fuerit accepta, placent & personae opera. Quod enim natum est ex spiritu, spiritus est. Homines uero ex operibus, quae testimonia ac signa, sunt explorant fidem, nam arbor ex fructibus cognoscitur. Reddamus ergo inuisibilem partem nostri, id est, fidem inuisibili creditori Deo, uisibilem uisibili, hominibus scilicet. Caeterum si quis uult ut sua opera, uita, uerba, conuersatio placeant Deo, fide sit iustus necesse est, & non opera faciunt iustum, sed iustus fide facit bona opera. Adhaec utraq; iusticia habet sua praemia. Iusticia fidei, aeterna ac spiritualia. Iusticia operum etiam sine fide facta, temporalia ac humana. Rom. 4. Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Et 13. Fac bonum, et habebis laudem. Causam non nescimus quare homines bene operari debeant. Propter necessitatem. Exigit enim Deus necessario utramq; iusticiam. Qui diligit Deum, diligat & proximum. Propter dignitatem. Magna profecto operum dignitas, quibus Deus glorificatur, ei gratiae agunt, & fratres aedificantur. Hi namq;

h a debent

Iusticia est dñp

Jerem. 5.

Roma. 8.

Roma. 2. et 13.

Charitas dno habet oculos

math. 22

Galat. 5.

Ephes. 2

Beda

Gregorius

debent esse fines bonorum operum, propter præmia ut dixi, ut sint signa, testimonia, ac exercitia fidei, sed quantum discriminis est inter arborem & eius fructus, tantumdem inter Adam & fidei opera, fide agimus cum Deo, charitate cum Deo & hominibus. Hinc est quod uulgo dici solet, fidem monoculam esse, quæ tantum Christi dignitatem intuetur. Charitatem duos habere oculos, dextro Deum, sinistro fratres intueri. Oculi mei semper ad dominum. Dilige dominum Deum tuum &c. & proximum perinde atque teipsum. Huc quadrat & seruitutis partitio, Fidei seruitute soli Deo. Mat. 4. Illi soli seruias. Charitatis seruitute fratribus obligamur. Gal. 5. Ex charitate seruite inuicem. Et fructus fidei, seu bona opera, siue nostras uirtutes a conditione iustificationis, id est, a causa, non ab effectu excludimus. Excludimus non ut non sequantur fidem, cum arbor bona malos fructus ferre non possit, sed ne sint causa nostræ salutis seu iustificationis, nam hanc causam reijcimus in Christi beneficium, & Dei Opt. Max. indebitam misericordiam, de qua nobis præsumendum est. Et fides cum sit gratuitum Dei donum, non debemus credere, quod ex condigno uel ex congruo uel operum respectu detur, sed gratis sine ullo respectu dignitatis nostræ. Ephe. 2. Dei donum est, non ex operibus. Non pigebit huc adscribere illud Bedæ Acto. 10. Non uirtutibus, inquit, ad fidem, sed fide pertingit ad uirtutes, ut B. papa Gregorius exponit; Cornelius non operibus ad fidem, sed fide uenit ad opera. Calefactio aeris sequitur ortum Solis, & tamen non est causa ortus Solis. Bona opera sequuntur fidem, quia charitas indiuisse adhæret fidei, tamen bona opera non sunt causa fidei nostræ. A conditione itaque iustificationis, non a sequela excludimus opera.

Tantum in præsentia de hac causa dixisse sufficiat, & credo dubijs quoque consciētis hæc satisfacere. Nihil enim contra

tra

tra scripturarum inuiolabilem auctoritatem mihi uideor
dixisse. Ecclesia tamen Christi iudicet hæc mea scripta,
cuius iudicio me ita submitto, ut facile, si in fidei regulam im-
pegerim, sim a sententia mea discessurus. Testor tamen De-
um & conscientiam meam, ea scripsisse me, quæ pro meo iu-
dicio, scripturæ Analoga sunt. Neq; etiam dubito, quin pius
lector facile iudicet, Monacho isti impuro, & eius magistro
Fabro, me respondisse pro meo modo satis grauitè. Tibi
autem Domine Emerice, Patrone Singularis, hæc mea scri-
pta ita offero, ut sperem, te pro singulari tua, tum pietate
tum doctrina, non solum ea lecturum libenter, sed etiam
contra hostes Christi & Euangelij eius, grauitè defen-
surum esse. Quod si quid in his desiderabis, libenter & tibi &
toti ecclesiæ rationem fidei meæ uberiolem dabo.

REVERENDO

DOMINO FRANCISCO BATZI,
PRAEPOSITO SEPUSIENSI ET SE-
cretario Regio, Matthias Deuay S. D.



VENIT in manus meas eiusdem Franciscani
cōfutatio, seu ut ipse uocat censura, super pro-
positiones meas, quas fratribus aliquando me-
ditandas forte communicaueram, argumentū
& epistola ad lectorem, ut certo comperi, ex of-
ficina Reuerendī Domini Ioannis Fabri prodierunt, qui
etiam Monachi censuras a multis pro sua opinione mendis
uindicauit, qui me nullius eruditionis hominem esse prae-
dicat, & merito sane, equidem agnosco meam imperitiam, &
cū Paulo fateor me nihil aliud scire praeter Christum, & hūc
crucifixum. Non inuideo Episcopo quamlibet magnam eru-
ditionē, quamlibet doctrinam insignē obtigisse, modo his
armis ad aedificationē non ad destructionē utatur ecclesiae.
Quod autē frontem perfricauerim, uos me coegistis, ut hanc
meam ineruditionē, ut sic loquar, prostituere. Scio me po-
liciores literas ne a limine quidem salutasse. Caterum si Fa-
bri mallei multorum perfrigerunt capita, haec nugae talitroque
uice impingantur frontibus quorundam, ut pertinaciam
(sicuti domino Episcopo uideor) Deuay hominis infra me-
diocritatem docti experiantur. Pertinax est Fabro qui ueri-
tatem Christi, quam ipse oppugnat, non deserit, & suae facti-
oni non adhæret. Sed ne pluribus tecum agam, Domine
Francisce, uela cōtraho, & ad pseudofratriſ nœnias euer-
tas accingor. Tu interim boni consule, hanc meam balbu-
ciem, & contra latrantes eruditos, pro tua uirili defende.
Vale.

Apologia

APOLOGIA QVARVNDAM PRO
POSITIONVM, SVMMAM DOCTRINAE
Christianæ continentium, contra indoctas censuras,
indocti Franciscani, Gregorij Zegediē.

Per Matthiam Deuay Hungarum.

PROPOSITIO PRIMA MAT-
THIAE DEVAY HVNGARI.

TOta scriptura duas habet partes, legem & promissi-
onem.

CENSURA MONACHI.

TOta scriptura quinque habet partes distinctas ultra le-
gem et promissionem, comminationem, permissionem,
consilium, quæ nec sunt lex nec promissio.

CONDEMNATIO CENSURAE.

IN confesso est omnibus, qui scripturas sacras uel summis
ut aiunt digitis attigerunt, eas in duas partes diuidi, in le-
gem & promissionē. Nam quicquid requirit a nobis aliqd,
lex est. Quicquid pollicetur, promissio. Huius promissionis
annūciationē puto proprie Euageliū dici. Porro Apostolus
scribit Timotheo, 2. Ti. 2. ut sit Dialecticus, cuius partes sint
recte secare uerbum ueritatis, non dubium quin in legem
& promissionem, ut lege perterrefaciat corda, promissione
consoletur. Par siquidem impietas est, uel conscientia-
as in desperationem adigere legis prædicatione, qui mos
est Monachorum, uel libertatem carnalem promittere, quæ
pestis

pestis est pietatis. Sed recte diuidit uerbum Dei, qui lege tra-
hit homines ad sui cognitionem, Cognosce teipsum. Vt per-
terresant agnitione peccatricis naturæ, & sensu iræ ac iudicij
Dei. Tunc enim proprie dicitur lex, non cum scribitur in
charta, sed cum sentitur in corde, cum accusat, damnat, &
ad desperationem adigit. Hic gustus legis nō est in hypocri-
tis. Sed ratio sanandi hic cōsulenda, cognito morbo, cogno-
scamus & medicum Christum, ad quem & lex dirigit, qui
solus (fide apprehensus) potest tunc, cum lex in nobis suum
agit officium, Euangelio erigere ac consolari, & tunc pro-
prie est in nobis Euangelium, cum consciētia sui cogniti-
one perterrefacta ac desponsa, erigitur, consolatur, uiuifica-
tur. Nulla lingua p dignitate potest dulcedinem Euangelij
& legis pondus eloqui, sed quiuis per se sensurus est. Serenan-
da est cōscientia, fulgore legis pressa. Huc faciunt & illa ty-
pica, animalia findentia ungulas. Ungulæ duo testamenta,
lex, pmissio. Animalia, prædicatores, iudicio spiritus rumi-
nantes scripturas, probe findant ac doceant doctrinam legis
et pmissionis. Prouerb. 12. Mœror in corde uiri humiliabit
illum, & sermone bono lætificabit. Partes poenitentia, con-
tritionem & fidem, mortificationem & uiuificationem de-
pingit hic Salomon. Huc facit Augustinus de spiritu &
litera cap. 9. Lex & clementia in lingua eius, propterea, in-
quit, de sapientia scriptum est, quod legem gerat sub lingua,
legem, ut reos faciat superbos, clementiam, ut iustificet hu-
miliatos. Sed nihil poterat dici uerius, quam scripturam
sacram sic diuidere. Vbi lex est, ibi est & comminatio, ubi
promissio, ibi permissio. Vnicum illud de uirginitate præ-
ceptum, quid attinebat ad scripturæ diuisionem producere?
Partes quidem duæ sunt, sed sententiæ infinitæ. Illud autem
miror, quod uerba Christi, si uis perfectus esse, dicit esse con-
siliū, more suorum patrum, cum fuerat iuueni merum
præceptum

Ratio sanandi

Duo Testamenta

proverb. 12.

Augustinus

præceptū dei est
duplex

Verbi ministris

Justinianus de
validis mediocribus

præceptum. Dices: Ergo Christiana perfectio consistit in
desertione bonorum? Respondeo, duplex est præceptum
Dei: Generale, de fide, charitate, obedientia, de moribus, ad
omnium ætatum homines ex æquo pertinens. Personale,
quod uni tantum personæ uel genti datum est, Abrahamo
occidere filium, Salomoni ædificare templum, Apostolis
æ in zonis non habere in prima emissione, Iudæis ter in an
no proficisci Hierosolymam. Sed patrum facta sine expres
so mandato Dei non sunt imitanda. Peccabant enormiter
Iudæi Abrahami exemplo occidendo filios. Peccant gra
uiter qui relictis uiuis templis Dei, tot phana, tot delubra,
excelsa, signa prostitutionis suæ, ut Hezechiel dicit, sine uer
bo Dei ædificant. Peccant qui hunc iuuenem imitantur,
quanquam rite Monachi: Nam ut ille nihil de suo reliquit,
sic isti nihil relinquunt, sed nihil habentes omnia possident,
Tantalos & Codros referentes. Cæterum si perfectio Chri
stiana in desertione bonorum consisteret, quotusquisq; Pa
parum, Cardinalium, Sacerdotum, Monachorum saluaret,
qui mordicus sua tenent? Ad hæc non iussit Deus opes
spargere, sed dispensare. Ministris uerbi debetur uictus, ami
ctus. Quid quod Monachi nihil dant, sed omnia accipiunt?
cum Paulus dicat: beatius est dare, quam accipere. Iustinia
nus nobilem regulam de ualidis mendicabulis, & arctissis
me in lege Romana statuerat, ut si quis laborare potens ele
mosinis se immiscet, captiuandus est, & in seruitutem redi
gendus. Nulla sententia de istis melior poterat ferri. Hæc bre
uiter ad censuræ condemnationem, & ut Monachorum ob
seruantiam quadamtenus ornarem, dixi.

PROPOSITIO SECUNDA,

Historiæ uero sunt uel legis, uel Euangelij testimonia.
Censura

CENSURA.

Historia uero sunt uel legis, uel promissionis, comminationis, permissionis, uel consilij testimonia.

CONDEM. CENSURAE.

Cum illud unicum sit Pauli de uirginibus consilium, 1. Cor. 7. non uideo quam habeat historiam. Caeterum ut comminatio coincidit cum lege, sic permissio cum promissione, & ita uere sequitur mea propositio. In historijs multum consolationis est pijs, de iustorum liberatione, de impiorum perditione. Subuersioem pentapolis exemplum impiorum uocat Petrus. Sed hic semel dictum esse uolo, hunc Aristarchum meum, ne in una saltem harum propositionum recte sentire, adeo insulsus est Theologus, etsi sit Vuarodiensis praedicator apud Maioritas & Fabri discipulus.

PROPOSITIO TERTIA.

Lex pugnat cum natura, gratia uero perficit naturam, Quae lex est duplex: Naturalis & positiua. Naturalis, quod tibi non uis, alteri non feceris.

CENSURA.

Contradicit ut uidetur sibimet, & Euangelio. Nam si lex naturae est haec quod tibi &c. bona est & Euangelio consona. Quomodo ergo lex scripturae bona pugnat cum lege naturae bona?

CONDEM. CENSURAE.

i 2

Quod

Lex est

Hieronymus

Augustinus

Roma. 3. et 5.

1. Cor. 15.

Proverb. 6.

Rom. 8.

poenitentia p^a p^{ma}

poenitentia p^a p^{da}

Quod lex pugnet cum natura nostra, & quod gratia perficiat naturam, uide uel Lyranum Hebræ. 10. Porro lex est uita Dei uoluntas, quæ iubet, quales nos esse, quid facere, quid omittere oporteat, & damnat hos, qui non sunt tales, qui non faciunt ea, quæ ipsa præcipit. Hierony. Gal. 4. Lex est facere quæ facienda sunt, uitare quæ uitanda. Augustinus de spiritu & litera cap. 9. Ostendit tantummodo lex quid faciendum, quid uide cauendum sit, est enim per legem agnitio peccati quæ profert peccatum non aufert. Rom. 3. Per legem agnitio peccati. Et 5. Lex subintrat ut abundet delictum. 7. 4. & 1. Cor. 15. Virtus peccati lex, est enim lex prorsus inimica naturæ, & speculum immundicie nostræ. Proverb. 6. Lucerna mandatum, & lex lux. Nam hæc præcipit illa, quæ natura nulla potest ratione implere, impossibile est enim legi in qua infirmatur per carnem, Rom. 8. Et ita deformat naturam, ut cum in sui cognitionem eam duxerit, desperare facit. Exigit enim illam imaginem, in qua Adam creatus erat, sanctus, iustus, uerax, hæres bonorum spiritus, obediens, rectus, ut postea uidebimus, si hæc præstare non possis proprijs uiribus, arguit, accusat, damnat. Hoc est proprium legis, deformare naturam, & omnes eius uires prostrernere. Hæc est prima pars poenitentia, contritio, id est, cognitio nostri, imbecillitatis, inutilitatis, impotentia nostræ. Ita enim deformamur lege, cum suum in nobis egerit officium, ut uel teste nostra conscientia, quæ est mille testes fateamur, nos natura, non nisi æternam mortem comeruisse, nos esse filios iræ, sic descendimus in nostram pelliculam lege duce, ut plane uideamus quæ sit nobis curta suppellex, & nisi accedat altera pars poenitentia, quæ est fides in promissionem, sine dubio damnamur ut Cain, Saul, Iudas, sed si ex contritione ad fiduciam Christi assurgimus, iam dulcescet nobis uerbum legis, fide sarcientes defectum naturæ, id est,

est, alieno merito Christi, qui factus est nobis a Deo iustitia, 1
sanctificatio, redemptio, ut si propria iusticia, sancti, iusti, 1
perfecti, integri esse non possumus, nil refert, si sis aliena iu- 1
sticia iustus. Et sic natura, quæ infirmabatur per legem, quæ 1
deformabatur lege, gratia perficitur, id est, dona Dei, quod 1
est Christus Ioan. 4. Et si lex impossibilia præcipit nostris ui- 1
ribus, Deus possibilia promittit suis fidelibus. Deo enim 1
omnia sunt possibilia, Marci 9. Sicq; perfecti erimus, & sine 1
macula, cum domino Deo nostro, Deut. 18. Sic seruati sunt 1
ab æterno omnes sancti, qui omnes uere cõtriti sunt, cogno- 1
scentes suam naturã a deo peccatricem. Sed ex hac contritio- 1
ne quæ & legalis pœnitentia dicitur, ut Iudæ, fide in Chri- 1
stum fecerunt gradum, ut Petrus, Dauid. Sicq; duplici cog- 1
nitione egemus omnes, nostri & Christi, hæc erigit, illa pro- 1
sternit, hæc consolatur, illa deterret, hæc serenat, uiuificat,
illa arguit, damnat, sed Christus potētior est nostra natura.
Si cor nostrum damnat nos, fiduciam habemus in Christo,
qui legem, id est, patris uoluntatem pro nobis impleuit, &
suam perfectionem nobis dat gratuito. Gratia ergo, id est,
fauore Dei per Christum (unguentū enim a capite Aaron
descendit in barbam) perficimur siue reintegramur. Fauet
enim Deus nobis propter Christum, per quem dat nobis sua
dona, Ephe. 4. Neq; sunt contraria, lege naturam deforma- 1
ri, & dictum Christi: quod tibi uis &c. esse legem naturæ. 1
Hoc idem uel ipse Gracianus Monachorum antistes, prima 1
dist. docuit: Lex naturæ est notitia naturalis quæ indicat,
quæ sint recta, quæ non, honesta uel inhonesta. Chryso- 1
stom. 1
Luca 6. Est autem nobis insita lex naturalis, per quã dino- 1
scimus quid sit uirtus & uicium. Lege naturæ etiam ipse
Deus cognoscitur esse unus, bonus, potens, misericors, sapi- 1
ens, ut multi Ethnicorum philosophorum cognouerunt,
sed natura sine Spiritu sancto non assentitur huic notitia,
qui

Joan. 4.

Marci. 9.

Deut. 18.

Ephe. 4.

Gracianus

Chryso-
stom.

philosophi

qui enim Christi sunt spiritu Dei aguntur. Credunt Deum philosophi misericordem esse, sed his qui sunt sine peccato. Et cum habeant naturæ notitiã, expertes Euangelij, & remissionis peccatorum per Christum, non consistunt in tentationibus, sed desperant. Et ne legem quidem naturæ possumus præstare, in multis enim offendimus omnes. Bonum mihi adiacet, sed perficere non inuenio. Video meliora proboq, deteriora sequor. Et ideo illa regula dicitur lex naturæ. sed non dicit Christus, quod etiam illam implere possumus ex nobis, sed sanctis hæc imperfectio nõ imputatur propter fidem, Sed postea plura de hoc negotio dicam.

PROPOSITIO QVARTA.

Lex positiva duplex. Diuina, Humana. Diuina, ut summatim dicam, est, ipse Decalogus fidem & charitatem præcipiens.

CENSURA.

Lex diuina in prima tabula decalogi, præcipit fidem spem & charitatem erga Deum. In secunda tabula præcipit charitatem erga proximum.

CONDEM. CENSURAE

Christus totam legem & prophetas in duo maxima mandata diuisit, Matth. 22. Nam omnia præcepta in fide erga Deum, & charitate erga proximum recapitulant, Sed quis Iudicare potest, Fratrem prorsus ignorare naturam fidei, ubi enim est fides, adest & spes & charitas, sunt enim indiuisa hæc tria, & res eadem. Ob sua incrementa & effectus

math. 22.

effectus uaria sortitur nomina, dicas fidem, spem, charitatem in Deum, idem dixeris. Hierony. ad Gala. Nec mirum inquit, si spes in hoc catalogo non referatur, cum in fide sit quod speratur. Et ita eam Apostolus describens Hebraeis definiat: Fides est substantia sperandarum rerum &c. Dilige dominum Deum ex toto corde &c. Et sic Fratris ignorantia de fide, spe & charitate palam fit. Hieronim9

PROPOSITIO QUINTA.

Lex est doctrina quæ præcipit facere bona, uitare mala.

CENSURA.

Hinc patet quid appellet ipse legem, non ueterem tantum, sed communiter utriusque testamenti præceptum uel prohibitionem,

CONDEM. CENSURAE.

Scriptura aut præcipit aliquid aut promittit. Si præcipit, lex est. Si promittit, Euangelion: & ut Euangelio pleni sunt libri legis & prophetarum, ita legem sparsam in nouo testamento habemus. Et propemodum non est aliud nouum testamentum, quam interpretatio ueteris, docet quomodo lex sit implenda, cum sit spiritualis, motibus scilicet cordis, fide, spe, inuocatione Christi. Appello itaque legem quicquid uisum præcipit, uel fidem uel morum innocentiam, nam lex subinde repetitur, de diligendo Deo & proximo, & in nouo testamento. Quod autem dicit Frater, legem non ueterem tantum &c. indicat se ignorare quid sit lex (quanquam legis nomine aliquando tota scriptura intelligitur) excepta lege ceremon

Roma. 10.

ceremoniarum, quæ abrogata est. Manet etiamnum lex conscientiæ, ostendens peccatum, quæ peccati ostensio etsi terret etiam pios, tamen hic terror absorbetur in Christo, qui est finis legis, ac perfectio, Rom. 10.

PROPOSITIO SEXTA.

DVplex est bonum, Naturæ & Gratia.

CENSURA.

TRiplex est bonum, Naturæ, Morum, Gratia.

CONDEM. CENSURAE.

Job
Matth

CHristus & Ioannes Matth. 3. 7. 12. duas tantum arbores faciunt, & docent quod arbor bona, non potest malos fructus, similiter putris bonos fructus facere, & quisuis aut fidelis est, aut infidelis. Si fidelis, huius opera placent Deo propter personæ fidem. Si infidelis, eius opera displicent Deo, quantumuis splendida sint in faciem, propter infidelitatem. Nam opera sine fide mera hypocrisis sunt. Quicquid non est ex fide, peccatum est. Rom. 14.

Rom. 12

Grata Deo non sunt fumantia thura, nec aræ,
Nec sacra, si cordis religione carent.

Ambrosius
Augustinus
Hieronymus

Certe neutrales non novit scriptura, & Aristotelicos Theologos. Cæterum opera moraliter bona, Bona sunt quidem & sua habent in hoc mundo premia, sed te corâ Deo bonum non reddunt, nec gratum aut acceptum, nisi prius fide sis acceptus. Sine cultu veri Dei (ut Ambrosius dicit) etiam id quod uirtus uideatur esse, peccatum est. Et Augustinus: Vbi fides non erat, bonum opus non erat. Hieronymus Gala. 3.

Vt

Vt sciant nullū absq; Christo uiuere, sine quo omnis uirtus in uitio est. Sine fide sordent omnia Deo. Iam uidere est Fratris triplicem bonorum diuisionem, quā quadret scripturis, Christo, Paulo, doctoribus. Quāquam dicas bonum naturæ, bonum morum, idem dixeris. Sed ne nihil scire uideatur, tales diuisiones comminiscitur.

PROPOSITIO SEPTIMA.

VSus seu officium legis triplex, ostendit naturæ immundiciem, coerceat carnē, ne pro sua libidine uiuat, dirigit ad Christum.

CENSURA.

EN Fideistarum mysteria serpūt ut cancer, subrepunt ut scorpis. Ponit tantum tres utilitates legis, ut quartam occultet, subticet iustificationem legis ut soli fidei tribuatur.

CONDEM. CENSURAE.

POteram quatuor legis officia seu usus dixisse, duos ad spiritum siue ad internum hominem pertinentes. Primus est, ut ostendat nobis naturæ nostræ immundiciem, sit enim supra modum peccans peccatum per mandatum. Secundus ut dirigit ad Christum. Galat. 3. Lex pædagogus est ad Christum, ut ex fide iustificemur. Sic enim interpretatur Augustinus libro de perfectione iustitiæ: Atq; eum, inquit, timore legis humilem factum, tanq; pædagogus ad fidem gratiamq; perduceret. Tertius & quartus politicus, ut coerceat carnem, lex em̄ est iniustis posita, quandoquidē iusti non indigent lege seu magistratu uindicante, sed defen

Galat. 3.
Augustinus
k *for.*

Roma. 2. et 13.

Galat. 3.

Roma. 11. ⁸ rcl

2. Ti. 1.

Augustinus

fore, sponte enim agunt omnia ad promouendam Dei gloriam & fratrum ædificationem spectantia, & docere quæ opera sint facienda. De his hic nihil dicam, sed de quarto (ut Fratri uideor) quod scilicet lex non iustificet. Hic autem lectores admonitos uolo, legem iustificare ciuiler & coram hominibus, ut Rom. 4. Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed nõ apud Deum, tunc apud homines. Et 13. Fac bonum, habebis laudem. Sed non iustificat lex spiritualiter coram Deo. Nam qui ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Gala. 3. Et si ex operibus est iusticia, tunc Christus frustra est mortuus, & si gratia nõ ex operibus, alioqui gratia non est gratia, Rom. 11. Ignorantes iusticiam Dei & suam uolentes statuere, iusticiam Dei non sunt subiecti. 10. Israel sectando legem ad legem iusticiam non peruenit. 9. Operanti merces non imputatur. 4. Qui uocauit nos uocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam quæ data est nobis ante tempora secularia, 2. Ti. 1.

Augustinus ad Bonifacium libro 3. cap. 4. contra duas epistolas Pelagianorum. Per Mosen reuelatum est testamentum uetus, per quem data est lex, sancta & iusta & bona, per quam fieret non abolitio, sed cognitio peccati, qua conuincerentur superbi, suam iustitiam constituere uolentes, quasi diuino auxilio non egentes, & rei facti literæ, confugerent ad gratiam spiritum, non sua iusticia iustificandi, sed Dei. Habes hic superborum Monachorum descriptionem.

Idem super Ioannem cap. 1. Lex minabatur, non opitulabatur, iubebat non sanabat, languorem ostendebatur, non auferebat, sed illa preparabat medico uenturo, cum gratia & ueritate.

Idem in præfatione epistolæ ad Galatas: Dominus iustam legem iniustis hominibus dedit, ad demonstranda peccata
cata

cata eorum, non auferenda, non enim auferret peccatum,
nisi gratia fidei &c.

Idem Psal. 70. Lex sine gratia, sola litera est, manet ad con-
uincendam iniquitatem, non ad dandam salutem.

Ambrosius de uita beata cap. 6. Sed & illud mihi prodest
quod non iustificamur ex operibus legis.

Idem Galat. 2. nil tam apertum est, quia si per legem po-
tuisset homo iustificari, Christum non oportuerat mori, sed
quia lex dare remissionem peccatorum non poterat, nec se-
cundam mortem triumphans expoliare captiuus, quos te-
nebat causa peccati, Christus mortuus est, ut eam praestaret,
quae lex non poterat, ac per hoc non gratis mortuus est,
mors enim eius iustificatio peccatorum est.

Idem Galat. 3. Quoniam nemo poterat implere legem,
rei erant omnes maledicto legis, ut uindicaret in eos. Chri-
stus autem homo natus, oblatum a patre pro nobis, redemit
nos a diabolo.

Idem Gal. 5. Apertum est quod dicit, quia spes iustificatio-
nis in fide est per spiritum, non per opera legis, in fide enim spiri-
tualiter feruitur Deo, deuotione mentis & puritate cordis.

Idem Galat. 3. Si per legem iustificatio est, excluditur pro-
missio, etsi exclusa fuerit promissio, sine dubio frustrabitur fi-
des Abrahæ, quod ne audire quidem paciuntur Iudæi, scien-
tes quia promissio ex fide est Abrahæ, quae promissio ex fide
iustificat, non per legem, sicut & Abraham ex fide iustificatus est.

Hieronymus Galat. 2. Scientes quod non possemus ex
legis opere, sed ex Christi saluari fide, credimus in Christum,
ut quod lex nobis non dederat, fides tribueret, quam habemus
in Christo. Quod si recedentes a lege, in qua saluari non po-
tuimus, transcendimus ad fidem, in qua non carnis quæri-
tur circumcisio, sed cordis puri deuotio.

Idem Galatas 3. Per legem nemo iustificatus fuit.

k 2

Ambros

Ambrosius

Hieronymus

Sophista

Augustinus

Lyranus

Ambrosius Lucae 5. Nemo iustificatur ex lege, sed redimitur ex gratia. Sed quia Sophistae nostri subtiles sunt in diuisione, cum Paulus dicat: Ex operibus legis non iustificari quemquam coram Deo, Galat. 2. Rom. 3. torquent ad solas legis ceremonias, sed & hoc aufugium ocludamus uulpeculis. Ex operibus legis (Lyranus) id est, siue naturalis siue Mosaicae. Augustinus de spiritu & littera cap. 14. Quod de lege (ait) dicimus, quod non iustificat, non tantum intelligimus legem ceremoniarum, sed Decalogi quoque tabulas. Ergo operistarum seu iusticiariorum (ut indocto Monacho par pari referatur) mysteria serpunt, nescientes de quibus loquuntur aut de quibus affirmant, animalia uentris & gloria. Quod poterat atrocius flagitium in Christum committi, quam salutem operibus nostris tribuere, & Christi merita proculcare? tales pro dolor habemus pastores animarum. Lyranus Rom. 8. Fides in Christum liberat ab omni peccato originali & actuali. Sed credo Fratrem contentum fore & de quarto legis officio.

PROPOSITIO OCTAUA.

Natura nostra semper est immunda.

CENSURA.

Natura nostra non semper est immunda.

CONDEM. CENSURAE.

Nihil potest tam reuerenter ac religiose dici, quod possit sycophantorum morsum euadere. Solus Christus natura fuit mundus, quia conceptus ex spiritu sancto, sine macula

macula, omnes proinde peccatores, sed qui peccatum nō fecerat pro peccatoribus uenit, & solus ipse est qui potest facere mundum, de immundo conceptū semine. Immundi quidem sumus, sed ut audiuimus gratia perficit naturam, & naturalis immundities non imputabitur fidelibus, & natura quousq; in carne sumus semper immunda est, semper precandum remitte nobis debita nostra, & semper credenda peccatorum remissio. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas non erit in nobis. Cor mundū crea in me Deus. Quare natura piij et impiij immundi sunt. Nō est em̄ homo super terram, qui non peccet, & peccatū quid est aliud, quam naturæ uitium, seu immundities qua Deus offenditur? Et peccatum remittitur in Baptismo electis, non quod non sit in carne, cum toties experimur carnis legem, spiritus legi rebellantem, sed quia nō imputatur, & in morte hæc peccatrix natura aboletur. Liquet ergo naturam omnium immundam esse, nemo enim coram Deo per sese innocens est, sed sanctis merito Christi non imputabitur hoc uitium. Nulla condemnatio his, qui in Christo Iesu sunt &c, Rom, 8.

PROPOSITIO NONA.

Lex perterrefacit, mortificat, humiliat, Christus seu fides in Christum, uiuificat, consolatur, erigit,

CENSURA.

Lex consolatur, uiuificat, exaltat, quæ noster aduersarius soli fidei appropriat. At hic mercator callidus, libripens astutissimus, lancem legis deprimat, ut solius fidei subleuetur.

k 3

Condem.

CONDEM. CENSURAE.

2. Cor. 3.
Lex quam non iustificet audiuius, q̄ iustificatio solius fidei est prærogatiua, & quod officium legis sit ostendere peccatum, ostenso peccato, mortificare, humiliare, damnare, accusare, occidere; Nam & a Paulo ministra mortis & damnationis dicitur. 2. Cor. 3. Per legem agnitio. Lex subintrat ut abundet delictum. Lex ad augendam transgressionem posita est. Lex iram operatur. Vbi uenit lex, peccatum reuixit, & ego mortuus sum, & sexcenta huiusmodi.

Augustinus de uerbis Apostoli Ser. 6. Lex peccato dedit uirtutem, tantummodo per literam iubendo, non per spiritum subueniendo, lex enim iubebat & non implebat. Et super Ioannem cap. 1. Lex subintrauit ut abundet delictum, hoc proderat superbis ut abundaret delictum.

Ambrosius de uita beata cap. 6. Quid profuit, ut lex promulgaretur, si profutura non erat? accessit uinculum non solutio, addita est peccatorum agnitio non remissio. Sed crassa ignorantia nominis legis hunc neophitum Theologum cogit errare. Iusticiæ domini rectæ, lætificantes corda. Lex igitur consolatur, infert Frater, & alia testimonia simili dexteritate citat. Etiam ipse Paulus abutitur legis nomine; Lex spiritus uitæ &c. Ego loquor de lege ostendente peccatum, non de uerbo auferente peccatum, quod lætificat, nihil enim suauius cordi contrito, uerbo Euangelij. Et Dauid dicit: Iusticiæ domini rectæ &c. hic autem infert. Ergo lex consolatur, arena sine calce. Ut uidere sit omnibus quam astutus sit mercator, imo animarum deceptor, & libripens astutissimus, lancem fidei deprimit, ut legi tribuat iustificationem, scripturis res agenda erat, non conuitijs.

PROPOSITIO DECIMA.

Lex

Lex obligat nos ad eandem integritatem & perfectio-
nem quæ fuit in Adam.

CENSURA.

Hoc figmentum est blasphemum, ab omni scriptura
alienum, ac Christianæ conscientiæ laqueum afferere
quod obliget nos Deus ad impossibile.

CONDEM. CENSURAE.

VT originalis iusticia, in qua creatus erat Adam, signifi-
cat integritatem uirium corporis & animæ, ita pecca-
tum originis significat corruptionem uirium earundem, &
hæc corruptio morbus est, uitium ac defectus iustæ obedi-
entiæ in nobis, sed lex siue ipse Deus exigit eandem integri-
tatem, perfectionem, in qua Adam erat creatus, uult enim
toto corde, tota anima, omnibus uiribus, & tota fortitudine
diligî. Et cum hoc præstare nequeat natura, lex nos damnat
perinde atq; uoluntatis Dei transgressores, hinc est quod
omnes peccauimus. Sed Christus (cum nos implere legem
non possemus) impleuit pro nobis. Iam cogimur uel pro-
pria uel aliena perfectione perfecti esse. Sed cum propria
nō possumus, aliena nos perfectos esse necesse est, id est, Christi.
Ephes. 4. Deponite uos secundū pristinam conuersationem
ueterem hominē, renouamini autē spiritu mentis uestræ, &
induite nouum hominē, qui secundum Deum creatus est
in iusticia, sanctitate, ueritate. Et Colo. 3. Rom. 13. Induite
dominum Iesum Christum, Si Christum induere præcipi-
mur, Christus est iustus, sanctus, uerax, filius Dei, tunc obli-
gamur ad eandem integritatem, in qua Adam erat creatus,
quam in solo Christo recuperamus, Eusebius libro 7. præpa-
rationis

Ephes. 2.

Colos. 3.

Rom. 13.

Eusebius

rationis Euangelicæ cap. 7. Propterea pietatem esse adhibendam censemus, & uirtuti dandam operam, ut delictum nostrum deleamus, & ad primum redeamus statum, non enim in terris finem homini esse constitutum, sed illic unde resiliit, restitutione imaginis, quam deprauauimus.

Augustinus de litera & spiritu cap. 26. Hoc enim agit spiritus gratiæ, ut imaginem Dei, in qua naturaliter facti sumus, instauret in nobis.

Henricus Dominica 23. post Trinitatem. Quo circa solerter nobis studendum ut imaginem dei, quã peccando in nobis corrupimus, pœnitendo & digne uiuendo reparare satagamus.

Hieronymus in Ser. circumcisionis domini, dicit hominem iuxta imaginem & similitudinem Dei factum, eandem post reconciliationem formam recepturum, quam & nunc habent angeli, quam & ipse perdidit

Augustinus libro 6. cap. 24. de Genesi ad literam: Renouabimur ergo spiritu mentis nostræ, secundum imaginem eius, qui creauit nos, quam peccando Adam perdidit. Et cap. 27. Induite nouum hominem secundum imaginem eius, qui creauit eum. Hanc imaginem in spiritu mentis impressam perdidit Adam per peccatum, quam recipimus per gratiam iustitiæ. Sed nõ opus multis. Cum & pœnitentia sit reintegratio bene conditæ naturæ, plane liquet legem nos ad pristinam integritatem obligare, etsi hoc sit impossibile nostris uiribus, ut latius pateat beneficium per Christum collatum. Non est Deo impossibile, & profecto Deus impossibilia nobis præcipit.

Bernardus super Cantica Ser. 50. Præcipiendo nobis impossibilia, non peccatores constituit, sed humiles, accipientes itaq; præceptum, & sentientes defectum, in cœlum clamemus & miserebitur nostri.

Augustinus

Augustinus super Ioannem cap. 1. Viribus suis multum assignabant, & non poterant implere iusticiam, nisi adiuuaret ille qui iusserat.

Item, non deest qui iubeat, sed deest qui impleat.

Idem de lib. arb. cap. 16. Sunt quæ facere non possumus, ut nouerimus quid ab eo petere debeamus, propterea fides orando impetrat, quod lex imperat.

Idem lib. 1. retract. cap. 19. Tunc mandata Dei implentur, quando quicquid non fit ignoscitur.

Dices Hieronymus sic scriptum reliquit: Anathema sit qui dicit Deum impossibilia precepisse, seipsum interpretat in dialogo contra Pelagianos, inquit possibilis per gratiam, impossibilia nostris uiribus, Fallitur ergo Frater inelucubriter utrobique, cum negat legem ad pristinam imaginem nos obligare, & cum negat Deum nobis impossibilia precepisse. Nam si nostris uiribus implere possemus quæ Deus præcipit, tunc non indigeremus ipso Christo, nec gratia. Oratio autem præceptiua frequens est in scripturis. Sed Deus ea præcipit, non quæ facere nostris uiribus possumus, sed quæ facere debemus, si saluari uolumus. Sed cum nobis integrum non sit, ea implere, habemus Christum legis plenitudinem, qui nobis dat commodato suam perfectionem, modo sincera fide adæquamus eum. Figmentum ergo est blasphemum, & ab omni scriptura alienum, quod Frater comminiscitur, & ingens dedecus quod doctorem Parisiensem hæc lateant. Rectissime Lactantius de ira Dei cap. 1. Remoto Deo, cœlestique doctrina, omnia erroribus plena sunt. *Lactantius*

PROPOSITIO XI.

Poenitentia duas habet partes, contritionem & fidem.

I Censura

CENSURA.

PLane hic homo uel hic ostendit quis nam sit, debuisset profecto in propositiōe tam noua, tam toti ecclesiae contraria, probationes attulisse, quibus nouitatē doctrinae suasisset, enormitatē sectae, fūco testimonioꝝ dissimulasset. Porro quam insolita & plus falsa, q̄ uera loquitur uides &c.

CONDEMN. CENSURAE.

Scripturam in legem & promissionem diuisi, quae diuisio & ad poenitentiae partitionem probe quadrat, lege fit contritio, promissione consolatio. Caeterum poenitentiae uocabulum saepe utramq; eius partem respicit, aliquando ad contritionem tantum refertur. Quod autem poenitentia duas habeat partes superius dixi. Marci 1. dicit saluator: Poenitentiam agite & credite Euangelio. Et Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, ego reficiam. Labor, onus, refectio, Paulus per Chirographum, & deletionē eius hoc idem intelligit. Poenitentia uero non a poenae tenentia ut Frater cum suo magistro desipit, sed a pone tenendo ducit, Graece μετανεια a posteriorius intelligendo, ubi quis lapsus, re peracta, tum demum animaduertit erratum suum, a μετα post, uociv intelligere, ut post admissum scelus intelligat se peccasse. Poenitere iam significat resipiscere, corrigi siue innouari. Chrysost. super Matthaeum, uocat uoluntatis correctionem. Et Tertullianus, homo ut eruditione, ita uetustate uenerabilis libro 2. contra Martionem: Poenitentiae nomen in Graeco sono, non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est, significatq; Grammaticis displicere quod prius placebat. Monachis nostris noua doctrina est Euangelij praedicatione, nam hypocritae semper ueritatem

marci. 1.

math. 11.

poenitentia d^r

poenitere s^t

Tertullianus

ueritatem nouitatis opinione damnauerunt, cum sit æterna,
& eorum colluuiæ nuper nata in officina Thomæ, Schoti,
Alexandri & cæterorum. Pœnitentiæ præterea esse dupli-
cem partē constāter fatetur scriptura, & quod animi siue cor-
dis immutationem denotet, plane est. Porro mutato corde,
mutantur opera, os, manus, pes. Ex abundantia enim cordis
os loquitur, Et cor hominis immutat faciē, Ecclesiastici 13. εα^a. 13
Istis pœnitentiā est contritio, confessio, satisfactio, & fidei
nulla mentio, qua sine frigent oīa. Et cōtritio tantum ab est,
ut sua dignitate adiuuet, ut etiā damnet ni fide seruemur.
Satisfactio pro peccatis nostris, solū Christi est hostia. Con-
fessio fidei & charitatis, pietatis sunt fructus. Sed isti suum
patrem referunt, in ratione pœnitentiæ. Ductus enim pœ-
nitentiā & confessus, quod tradendo sanguinem iustum
peccasset, satisfacit proijciendo pecuniā, & utinam non
idem euentus rerum maneat istos, atq; illum. Sequitur iam
conclusio, Pœnitentiā duas esse partes, contritionem &
fidem. Cætera bona opera, non sunt pœnitentiā, sed fructus
pœnitentiæ, si baptistæ credimus. Matthæ. 3. Facite di- math. 3.
gnos fructus pœnitentiæ. Sed de hac iterum.

PROPOSITIO XII.

IN summa, is uere pœnitet, qui non pedibus, sed affectibus
solum Christum adit, & fratres propter Christum diligit

CENSURA.

EX hac consequens est pœnitentiā non magis conue-
nire sceleratissimo, quam homini iusto, bono, innocen-
ti, quippe utriq; conuenit fidere Christo & fratrem propter
Christum diligere,

1 2

Condem.

CONDEM. CENSURAE.

709. 3.
Qui fide Christo, & in Christo diligit fratres, quomodo potest esse sceleratissimus, cum prora & puppis pietatis nostrae, & summa totius Christianismi in his duobus pendeat? Qui credit in Filium habet uitam aeternam, Ioan. 3. Iudicent boni uiri, de Monacho, qui de Petro & Iuda cornicam tam inepte. Fides discernit intrinsecam poenitentiam Iudae (qui & ipse uere poenituit, sed sine fide) & Petri qui cognouit quidem suum peccatum, sicut Iudas, sed credidit in Christum tollentem nostra peccata. Poenitentia Iudae legalis est, quando ducimur lege in nostri tantum peccati cognitionem, quae cognitio accusat, damnat, desperare facit ut Iudam. Poenitentia Euangelica est, cum ex nostri cognitione fide uenimus ad cognitionem Christi. Haec cognitio erigit, consolatur, saluat, ut Petrum & omnes sanctos.

PROPOSITIO XIII.

Poenitere est respicere, est corde innouari.

CENSURA.

Hoc est Matthiae poenitere, at Augustino poenitere est poenam tenere. Vide lector pro dignitate personae, cui istorum assentias.

CONDEM. CENSURAE.

Quis non detestetur malitiam & immane studium calumniandi in homine Theologo? Nostra definitio incommodi plane nihil habet, sicut multa scripturae manifesta
loca

loca testantur, & Græcum uocabulum μετανοία proprie est, ΜΕΤΑΝΟΙΑ est
quod nostra lingua dicimus resipiscere. Et tamen sceleratus
homo nos premit auctoritate nominis Augustini, quem
ego tanquam præcipuum ecclesiæ doctorem exosculor, & liben-
ter sequor. Sed existimat plausibile esse, si hoc persuadeat
lectoribus, me Augustinum reprehendere, aut uelle uideri,
quasi meliora doceam. Quamquam autem Augustinus hoc nun-
quam postulauit, ut suis uerbis uteremur, aut omnia ipsius pro-
baremus. Nam relinquit iudicium doctoribus, tamen sycophanta
noster hoc tanquam crimen hæreseos nobis impingit, quod non
definiamus poenitentiam, poenæ tenentiam, & insultat lectori:
uide pro dignitate personæ (inquit) cui istorum assentias. Hæ sunt
sycophantia, quibus delectatur etiã Magister eius Apocopus Faber,
ad scripturam & pios lectores torquendos quasi natus, sed inuenient
sycophantæ isti suum iudicem. Quod igitur attinet ad hanc defini-
tionem Augustini, quis non uidet, eum de publica satisfactiõne esse lo-
cutum, quã ecclesia requirit, ac non de animi dolore seu con-
tritione, quam solus Deus iudicat. Est igitur hoc quoque So-
phisticum, cum Augustinus de publica satisfactione scripse-
rit, isti eum ita accipiunt quasi in poenitentia contritionem
requirere hæreticum sit. Et putant poenitentiam, præscripta
poena quapiam luere commissã, cùm apud Christianos olim
publice peccantes propalam affligerentur, unde ea satisfac-
tiõ siue poena, poenitentia uocari cœpta est, ac inde non me-
diocris error Theologis irrepsit. Vide iam lector utri istorum
assentiendum, insulso ne Monacho, aut Augustino adhuc
modum seipsum explicante in pluribus locis.

PROPOSITIO XIII.

Optima poenitentia noua uita.

1 3

Censura

CENSURA.

Poenitentia proprie non est noua uita, sed renouationis exordium, nouae uitae praeludium, nouae creaturae principium &c.

CONDEM. CENSURAE.

2. Cor. 5.

Colos. 3.

Rom. 7.

Chrysof.

Tertul.

Secunda Cor. 5. Si qua in Christo noua creatura. Col. 3. Induentes nouum hominem, eum qui renouatur in agnitione Dei, secundum imaginem eius, qui creauit eum. Rom. 7. Et in nouitate spiritus ambulemus, & non in uetustate litterae. Christus & Apostoli pari gradu praedicant hanc poenitentiam, & tota uita Christiani hominis poenitentia est, & ueteris hominis restauratio. Sed Frater putat sua somnia folia esse Sibyllae, cum Chrysof. uocarit poenitentiam uoluntatis correctionem. Et Tertullianus, animi demutationem.

PROPOSITIO XV.

Poenitentiam ueram non facit, nisi odium mali, & amor Dei.

CENSURA.

math. 2.

Poenitentiam ueram facit aliquando, odium & timor poenae, hinc filius Tonitruum tanto fragore, Pharisaeis timorem incutiebat, Matthae. 2.

CONDEM. CENSURAE.

Iam audiuius duplicem esse poenitentiam, alteram legalem, qualis fuit Iudae, qui uere poenituit, non peccasse dolens contra Deum, sed seipsum damnari, talem poenitentiam

tiam facit timor poenae, ex amore sui ipsius oborta. Ita credo
Monachos omnes poenitere. Nam uera poenitentia profes-
cto amorem Dei, quem prae se diligit, non excludit. Sancti
nō dolent sese damnari, pro gloria Dei nihil non ferre para-
ti. Nam Paulus etiam pro fratribus fit Anathema. Et
Moyſes expungi de libro petit. Sed dolent Deū suis pecca-
tis offendisse, cui interim se cōmittunt. Fideles enim in di-
lectione acquiescent ei, Sap. 3. Sed de hoc alias. Cæterum fi-
lius Tonitruī, non est Ioannes Baptista, sed Ioannes Euan-
gelista, & Iacobus Maior, filij Zebedei. Ergo ueram poe-
nitentiam constituit odium mali seu peccati & reuerentia
erga Deum coniuncta cum amore Dei. Ad hæc ista pro-
positio non erat mea, sed mei superioris, cui hic Frater cre-
dere facile poterat.

PROPOSITIO XVI.

Credere Deum, Deo, & in Deum tres gradus salutis.

CENSURA.

Credere Deum est fidem habere, Deum esse &c.

CONDEM. CENSURAE.

Quia gry non ualent, quæ hic Frater deblaterat, si-
cut ubiq; paucis absoluam. Credere Deum, com-
mune est pijs & impijs. Nam & dæmones credunt Deum,
& coram maiestate Dei contremiscunt, ac norunt, quod sint
a Deo conditi, sed hoc non satis est. Quia etiam Sathan,
qui hoc credit, tamen manet inimicus & aduersarius Dei &
damnatur, Sic Pharisei sciebant Christum uirtute diuina
operari

In deū credere
August.

Hebr. II.
Credere deo

operari miracula, tamen contra propriam conscientiam eam uirtutem Beelzebub tribuebāt. Sed in Deum credere, est tantum fidelium. Credimus & hominibus, sed non credimus in homines. Augustinus Ioan. 6. Non autem dixit, ut credatis ei, sed ut credatis in eum. Non enim continuo qui credit ei, credit in eum. Nam & dæmones credunt ei, & non credebant in eum. Et nos credimus Paulo, sed non in eum.

Idem de uerbis Domini. Sed multū interest, utrum quisq; credat ipsum esse Christum, & utrum credat in Christum, nam ipsum esse Christum & dæmones crediderunt. Ille uero credit in Christum, qui & sperat in Christum & diligit Christum. Primus gradus salutis, credere Deum. Oportet em̄ accedentem credere quod sit, Hebræ. 11. Secundus, credere Deo, id est, fidem habere uerbis illius. Tertius, Credere in Deum, est plena fiducia omnem sollicitudinem coniungere in eum. Qui credit in filium, habet uitam æternam. Sed hic ad monēdum censui, me hanc differentiam docendī causa usurpasse: Nam secundus gradus, cum tertio uere conuenit, si quis rem spectet. Quia autem Sophistæ & sycophantæ isti qualis meus iste Monachus est, nonnunq; auditori fucū faciunt, mutata constructione, existimaui ad docendum aptius esse, si hæc modo isto distinguantur. Neq; enim tam imperitus sum, ut nesciam, si quis recte intelligat, Deo credere, & in Deum credere idem esse. Nam Sriptura dicit: Abraham Deo credidit & reputatum est ei ad iusticiam. Ergo Deo credere iustificat & saluat, sicut Paulus in epistola ad Romanos hoc satis grauer probat. Quia tamen in latina lingua significantius est in Deum credere, quam Deo credere, puto mihi licere, ut Grammaticam hanc differentiam docendī causa usurpem. Si quidem notum est etiam impios nonnunq; credere comminationibus Dei, & ideo etiam desperare. Quare possunt nostra lingua tales dici quod credant Deo,

Deo, sed non credunt in Deum, quia fiducia in Deum ca-
rent, qua se consolentur contra iram Dei. Quid multa? In-
signis malitia Monachi ac magistri eius, Fabri, & similium
cogit, oia cauere, quae possunt quoquo modo in calumniam
rapi.

PROPOSITIO XVII.

Qui credit in Deum, non credit saluari suis operibus,
seu uirtutibus, ac discredet omnibus creaturis.

CENSURA.

Si credis in Deum, non discredis operibus & habitibus,
Sed est, uirtutibus.

CONDEM. CENSURAE.

Hic mire se torquet Sophista meus, & nititur probare
ne fidem quidem ipsam iustificare, quando & ipsa ha-
bitus sit, sed paucis dicam. Fides quatenus habitus est, uel
qualitas in nobis, eatenus non iustificat. Iustificat autem quia
apprehendit obiectum extra nos, id est, Christi merita &
Dei misericordiam. Opera non iustificat. Fides est opus, er-
go me fides iustificat. Respondeo, fides est opus, Ioan. 6.
sed Dei opus, qui eam operatur in nobis. 1. Thes. 2. Qui
operatur in uobis, qui credidistis. Dicit Frater: si non cre-
dis opera & uirtutes necessaria esse ad salutem, non credis in
Deum. Imo si credes opera & uirtutes ad salutem necessaria,
& non solam fidem, non credes in Deum sed in opera. Re-
quirimus & nos necessario, utramque iusticiam, & obedi-
entiam in Deum & legem, sed diuersos fines eis constituimus,
alius finis fidei, alius caeterarum uirtutum. Sed eum fides

opa no iustificat
Ioan. 6.
1. Thes. 2.

m mater

mater uirtutum sit, mater non potest carere sua prole, sic fides suis operibus, quæ ad fidei sequelam necessario requiruntur, sed non ad iustificationem spiritus. Si Fratri creditur, nec latro est saluatus, nec tot puerorum myriades, qui nihil operum fecerunt. Per salæ nugæ sunt Fratris somnia.

PROPOSITIO XVIII.

Nam si in te haberes quo saluari posses, quid crederes?

CENSURA.

En quod scripturis probare non potest, quàm subtili ratione munire conatur.

CONDEM. CENSURAE.

Non est certus ordo propositionum, sed miscellaneus. Nam quicquid potuit inuenire a me uel dictum uel scriptum, ille uit in chartam. Caterum cum fides sit donum Dei, Chrysof. Hebræ. 11. Quia Deus nobis fidem infundit, Et Ephe. 2. & sit in nobis, cauillatur Frater me mihi ipsi esse contrarium, prædicat, inquit credendum esse, cuilibet saluari per fidem, quæ est in nobis, & idem abnegat, non esse credendum eo saluari posse, quod est in homine. Hæc est argutia Monachorum, & profecto recte ille dixerat, Sophista omnis odibilis est, multiplicat uerba non necessaria. Toties de natura fidei dixi, quæ in nobis est non natura sed gratia, Precium uero salutis nostræ Christus est, quem fide apprehendimus. Saluamur ergo beneficio fidei existentis in nobis per Dei gratiã & innitentis in Christi satisfactionem. Nam fidei nostræ finis non est conditio dignitatis nostræ, sed misericordia

*Chrysofostomus
ephe. 2.*

Sophista odibilis est

sericordia Dei. Et sicut opera (inquit Frater) sine Christi merito, sic etiam uniuersaliter, meritum Christi sine operibus non saluat. De merito Christi apud nostros spirituales altissimum erat silentium, sed nunc occipiunt nominare, sed more Pelagianorum, quibus cum ex ouo prognati sunt uno, Christus adeo imperfectus est Monachis nostris, ut ad salutem nostris egeat operibus, qui tamen perfectus factus est omnibus obtemperantibus sibi ad salutem. Et clamat Esaias omnes iusticias nostras menitruo pollutas esse. Idem cap. 47. Opera tua non proderunt tibi, sed qui fiduciam habet mei, hæreditabit terram &c. Et Christus etiam si feceritis omnia, dicite: serui inutiles sumus, Lucae 17. Non intres in iudicium cum seruo tuo &c. Non secundum opera nostra facias nobis. Pro nihilo saluos facies eos, bonorum meorum non eges. Si nostra opera sunt ad salutem necessaria, tunc & fides erit conditionalis, tam uili addixerunt isti Thrasones sanguinem Christi, & Dei patris misericordiam. Admittit q̄ opera possint saluare, sed merita Christi sine operibus non posse saluare contendit. Vere impium est nostrorum spiritualium dogma, & nimis q̄ uere spiritualium, id est dæmoniacorum, nam & dæmones spiritus sunt.

PROPOSITIO XIX.

Iusticia cordis fides est, iusticia operum charitas.

CENSURA.

Charitas non tantum est iusticia operum, sed & cordis & operum omnia mundans. Lucae 11. Charitas uniuersalior est fide, si fides corda purificat, charitas omnia.

m 2 Condem.

CONDEM. CENSURAE.

IN Deum fiducia, nunc fides, nunc spes, nunc charitas dicitur, sunt enim hæc indiuisa, ut dixi superius. Et nota est illa apertissima sententia, quam nemo potest negare. Fide purificatur cor nostrum, Acto. 15. Quod si charitate mundaretur, ut Frater ineptit, esset semper incerta, cum perfectam charitatem nullus possit hic habere. Augustinus ad Hieronymum: Nemo tantum diligit, quantum debet. Et in his grauibus caussis fontes rerum quærendi sunt. Scriptura cordis mundiciem, & iustificationē, nunq̄ tribuit charitati erga proximum, sed fidei, ut Rom. 5. Iustificati ex fide &c. In iustificatione autem hæc tria memori mente tenenda: Imputatio iusticiæ, cū nobis iusticia Christi fide impertitur: Gratuita peccatorum condonatio, & donatio uitæ æternæ, ut possit retineri conscientia certitudo. Ergo sententia ista uera est: Fide tantum nos iustificari, & mundari corda. Quod aut attinet ad sententiam Christi a Fratre adductam Luca 11. Christus ibi repræhēdit certa uitia, & ihs opponit certa remedia. Sic eleemosynæ mundant, ne quis polluitur auaricia & rapinis. Et Christus manifeste exigit dilectionem Dei, quæ non potest existere, nisi fide prius cognouerimus & apprehenderimus beneficium Christi. Ergo manet sententia illa: Iusticia cordis est fides. Deinde quod Frater addit: Charitas est uniuersalior fide, quia fide cum solo Deo agimus, charitate cum multis fratribus. Item charitas maior fide, spe, ut habes 1. Cor. 13. Respondeo: est maior charitas, nō ad iustificationem, sed quo ad suos fructus. Fide soli tibi prodes. Nemo enim saluatur fide aliena. Sed charitate poteris prodesse multis, quæ etiam in patria durabit, cum fides cessat & spes.

Propositio

Acto. 15.

Augusti.

Rom. 5.

Luc. 11.

1. Cor. 13.

PROPOSITIO XX.

Solam fidem respicit Deus. Omnes homines duos habent iudices, Deum & homines, duobus ergo modis debemus iustificari, fide coram Deo, charitate coram hominibus.

CENSURA.

Deus respicit fidem, sed non solam, respicit humilem, orationem, munera, clamorem, lachrymas, opera, non secus quam fidem.

CONDEM. CENSURAE.

Homo duplex est, internus, externus. 2. Cor. 4. & quis
 Huius duos habet iudices, Deum & homines. Deus inter
 num hominem respicit, homines externum. Deus fidem re
 spicit, Iere. 5, homines charitatē. Deus ex fide aestimat, & Jerem. 5.
 ponderat opera, prius enim respicit ad personae fidem, & si
 persona placet fide, placent & opera personae. Respicit pri
 mum ad Abel, dehinc ad munera eius, Gene. 4. Hebrae. 11. Genes. 2.
 Aliud est Dei iudicium, aliud hominum. Deus cum sit scrus Hebre. 11.
 tator cordium et renum, cordis abyssum intuetur. Homo uero
 ea quae patent, qui cum cor introspicere nequeat, ex operi
 bus iudicat fidem perinde atque arborem ex fructibus. Porro
 oratio fructus est fidei, humilitas, pauperculus spiritus, fide
 deliniant. Si persona accepta est fide, placet Deo & eius ope
 ra, respicit personam, approbat eius opera. Nam quemadmo
 dum quicquid non est ex fide peccatum est, ita quicquid pro
 ficiscitur ex fide iusticia est ex Deo acceptum. Si oculus tu
 us simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Matt. 6. Math. 6. et 23.
 & 23. Caecae Phariseae, munda prius quod intus est, & exteri
 m 3 ores

Esai. 21.

ores partes erunt munda. Sic lampades prudentum uirginum non extinguuntur, quia habent fidei oleum, Fatuarum uero extinguuntur, etsi sint uirgines, quia non habent oleum fidei. Quod enim natum est ex carne, caro est. Et qui incredulus est, infideliter agit, Esa. 21. Impossibile est sine fide placere Deo. Hic multa impia uerba eructat Frater olim per iugulum reditura nisi respiscat. Sed non moror conuicia, siquidem hac omnium Papistarum est Rhetorica.

PROPOSITIO XXI.

Sola fides iustificat coram Deo &c.

CENSURA.

Iam manifeste uides huius de iusticia, stateram esse dolo sam, non recte metitur uirtutes, lancē fidei supra satis subleuat, operum & aliarum uirtutum plus iusto deprimit.

CONDEM. CENSURAE.

Vix usq̄ alias aequē tumultuatur meus doctor, quam in hac propositione, & fert indigne quod soli fidei tribuerim iustificationem. Multa oggannit cucullata simia, & nisi conuicijs ageret, poterat uideri, cecidisse caussa, fides iustificat inquit, sed non sola, nam exclusiua nullibi reperitur in sacris literis. At Paulus diserte & exerte ponit hanc exclusiuam, Galat. 2. Non iustificatur homo ex operibus legis, nisi ex fide Iesu Christi. Quid est aliud, nisi ex fide, q̄ sola fides? Ro. 3. Iustificati gratis. Augustinus 6. Hypog. Audis gratis & tace de meritis. Lyranus ibidē: Gratis, i. sine meritis, & operanti merces nō imputatur, secundum gratiam, item
non

Galat. 2.

Roma. 3.
August.
Lyranus

non ex operibus iusticiæ quæ fecimus nos. Cum nondum nati essent aut aliquid boni aut mali fecissent ex uocante dictum est &c. Hæc sententia ex ui uerborum elicitur ait Frater, nam glossas doctorum fortassis floccipenderet. Hæc ille, Si ueros doctores, quales Paulus uult esse Episcopos, adduxisset uoluissim. Sed ego doctorum recordabor, ut fratribus alijs non nihil gratificer.

Hieronimus Rom. 4. Conuertentē impium per solam fidem iustificat Deus, non per opera bona quæ non habuit.

Ambrosius 1. Cor. 1. Hoc constitutum est à Deo, ut qui credit saluus sit sola fide, sine opere, gratis accipiens remissionem peccatorum. Idem Rom. 3. 4. Non ergo opus est lex, quando impius per solam fidem iustificatur apud Deum.

Origenes lib. 3. cap. 3. ad Rom. dicit sufficere solius fidei iustificationem, ita ut credens quis tantummodo iustificetur, etiamsi nihil operis ab eo fuerit expletum. Per fidem enim iustificatus est latro sine operibus legis.

Augustinus de spiritu & litera, cap. 13. Colligimus non iustificari hominem, præceptis bonæ uitæ, nisi per fidem Iesu Christi, hoc est, non lege operum, sed lege fidei, non litera, sed spiritu, non sanctorum meritis, sed gratuita gratia.

Eusebius de præpar. Euangelica lib. 7. cap. 3. Abraham iusticiæ perfectionē, non Mosaica lege, sed fide consecutus est.

Glossa ordinaria: Abraham per opera quæ fecit iustus non fuit, sed sola fide. *Abraham*

Chrysostomus Homelia 12. super Matthæum: Iam uero non uisibili specie ueniet Spiritus sanctus, qua utique non egemus, cum nobis pro cunctis sola fides sufficit.

Idem Actorum 15. A sola fide illa assecuti sunt, & non operibus uel circuncisione.

Glossa Graciani: Adultis sola fides sufficit, si necessitas *Gracianus* excludit aquæ baptismum.

Et

Et ipsi stentorea uoce clamant: Ad firmandum cor synce-
rum sola fides sufficit. Vel ex his piissimus quisque poterit iu-
dicare, uter nostrum dicat, scripturis & doctoribus magis
consona. Et dicit Frater me in hoc loco non malitia, sed
multis literis (quod non agnosco) ad tantam insaniam ad-
ductum, & Euripi instar sursum ac deorsum labitur. Opera
dicit Fideista, non excludit a fide, sed fides cum operibus iu-
stificat. Ergo non sola fides, hæc Frater. Sed cum dico solam
fidem iustificare, excludo opera a iustificatione, a causa,
& transfero causam iustificationis ad fidei beneficium, non
excludo bona opera, sacramenta, uerbi auditum a sequela.
Credo bonis abunde me purgatum esse, & cum doctoribus
idem sentire, enthimematis partem ex suo consuit Frater.

PROPOSITIO XXII.

SOla fides habet laudem apud Deum.

CENSURA.

Fides habet laudem apud Deum, sed non sola.

CONDEM. CENSURAE.

HAec instar thematum, breuiter, nec satis scio quando
fratribus communicauit, meas tamen esse positiones
agnosco, sed Frater omnia confudit more coci. Nunc ad
propositum. Est discernenda persona & opus. Fides personae ha-
bet laudem apud Deum. Si Abraham ex operibus iustifica-
tus est, habet gloriam, sed non apud Deum, Rom. 4. Et 2.
Circuncisio cordis circumsio est, cuius laus est a Deo, non
ab hominibus, cum sola fides sit quæ nos gratos facit Deo,
sola

Roma. 9. et 2.

sola etiam habet laudem a Deo. Opera sic laudantur, si proficiantur ex fide, sin uacas fide, mera peccata sunt, ut illius Pharisei, Lucae 18. *Incy. 18.*

PROPOSITIO XXIII.

Honos mortuorum sanctorum in sola imitatione consistit, ut eorum fidem, sanctam conuersationem, bona opera, integritatem, patientiam, uitae innocentiam referamus, Rom. 4. Galat. 3. Thes. 2. Hebrae. 6. & 13. 1. Petri 3. *Rom. 2. vcl*

CENSURA.

Sanctorum honor non consistit in sola imitatione ut fingit ex scripturis. Impudens est derogare sanctis, impudentius scripturis in suum errorem uti, impudentissimum allegare scripturas in locis in quibus non sunt.

CONDEM. CENSURAE.

ET in hac propositione tumultuatur uehementer meus Sophista, & quia isti sub sanctorum nomine aqualiculos suos farciunt, timet plurimum ne amittat praedam. Sed uelit nolit, omnia uictura est ueritas. Hi sunt filij Abrahamae, qui sequuntur uestigia fidei Abraham. Rom. 4. Cognoscite ergo, quoniam qui ex fide sunt benedicetur cum fidei Abraham. Item, hi sunt filij Abrahamae, Gal. 3. Si filij Abrahamae estis, opa Abrahamae faciatis. Ioan. 8. Hanc autem tentationem ideo permisit dominus euenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiae eius, sicut & sancti, Hiob, Thobiae Hebrae. 6. (Nam perperam notauit Frater in quinto) Verum, imitatores eorum, qui fide & poenitentia haereditabunt promissiones.

n Et

Hebre. 13.

1. Petri 3.

Jacobi 5.

Herostrotati

Et 13. Quorum uidentes exitum conuersationis imitemini fidem. Sara obediebat Abrahamæ &c. cuius estis filij benefacientes. 1. Petri 3. Exemplū accipite fratres exitus mali, & lōganimitatis & laboris & paciētiae prophetas &c. Jacobi 5.

Credant inquit Sophista, p uoto hæc sui sequaces, in sacris literis indocti & improuidi, a quibus nō nisi suæ naniæ pro Enchiridio circumferuntur, hanc propositionem in allegatis locis haberi, nos, nec quispiam alius illic inuenire poterit. Hæc ille.

Nisi tam crassa & supina, uel dicam eorum more, affectata fuisset ignorantia, poterat inuenire. Porro impudens est, qui immerenti Fratri tam falsa impingit, impudentior, qui contra sanctos dicit esse, quod pro sanctis facit, sed impudentissimus, qui cum sit Doctor Parisiē, tamen hæc clara testimonia ignorat. Tales Doctorculos & Theologastros peperit nobis Sorbona.

Herostrotas cum obscurus esset, incendio templi Ephesini celebris haberi uoluit. Hic Frater ne nomine quidem notus apud bonos, Deus esse uoluit calumniādo scripturas, & suam, suorumq; insipientiā prostituendo, ut caderet tribuit sua certe amentia causam.

Eusebius de præpa. libro 7. cap. 3. Illum (Enos) nos uirum, non fallaces gentiliū heroas, imitandum arbitantes optamus.

Hieronymus in prologo ad Rom. Quasi non morum imitatio magis, quàm carnalis natiuitas, filios nos faciat esse sanctorum.

Augustinus de uera religione cap. ultimo, Honoramus sanctos propter imitationem, nō adoramus propter religionem. Ibidem, Honoramus eos charitate non seruitute, nec templa eis construimus.

Hieronymus: Non sunt filij sanctorum, qui habitant loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum, Ambros

Ambrosius : Non habent hæreditatem Petri , qui fidem Petri non habent.

Collecta : Quorum festa colimus, passionis quoque eorum uirtutem imitemur.

Chrysoftomus : Matth. 23. Cultores prophetarum sunt, qui opera eorum imitantur, fidemque sequuntur. Lege pulchra apud Augustinum de Martyrum memoria cap. ultimi libri 8. de ciuitate Dei. Ridiculum est quod de sanctis mortuis loquentes, de uiuis Frater testificatur : Dauid, inquit, adorauit Nathan, Ioannes angelum, Et tamen Angelus deprecatur hunc honorem. Et Philastrius de hæresibus: Neque uero angelos adorari præcepit alicubi dominus, neque mundi elementa, nec creaturam aliquam, nec idola. Sed Frater quiduis, etiam falsum, in suum patrocinium conueheret, si possit. Recte Ireneus, Hæreticorum uerba ita coherent, ut arena sine calce.

Augustinus

Philastrius

Ireneus

PROPOSITIO XXIII.

DE mortuis sanctis quid sentiendum? Duo. Scilicet quod habent Naturam et gratiam. Natura omnes fuerunt peccatores, sed credentes Christo seruati sunt, eorum exemplo credamus & nos, & seruabimur.

CENSURA.

SI intelligit sanctos solum credentes Deo esse saluatos, Scontradicit sibi ipsi & ueritati. Propositione 16. docuit : Credere Deo, non esse sufficiens ad salutem, præterea nec omnes sancti mortui sola Christi fiducia saluati sunt, sed sicut Paulus docet 2. Corinth. 6. Ecce nunc tempus acceptabile. 2. Cor. 6.

n 2

Condem.

CONDEM. CENSURAE.

DE gradibus fidei superius dixi, sancti credunt & Deum, Deo & in Deum, & in Deo quod est idem &c. Negat praeterea sanctos tantum Christi fiducia esse saluos. Audi Christe filii Dei uiui, quid de te sentiant Monachi, negant tuum regnum, tuum meritum, tuum sacerdotium, fanatici spiritus. Et quousque patieris ita blasphemari a nostris spiritualibus? nisi matures aduentum, nihil reliquum facient isti, de tuo honore. O inuisum genus hominum, Christo & ueritati. Apage trifurcifer & homo asse non aestimandus, nisi poenitentiam egeris, grauissime animaduertetur in te, Miror Episcopum Vuienensem, quod ad has impias uoces ita conuiuet, ut etiam collaudarit authorem. Meas autem propositiones haereticorum uocat duerniones, & Monachi non item. Securis ad radicem posita est, Rei indignitas hoc expressit.

Roma. 3.
3. Regn. 8.
Galat. 2.
Orto. 21.

1. Tim. 2.

In sanctis naturam si spectes, peccatores fuerunt, Ro. 3, 3. Regum 8. Sed credentes Deo per Christum seruati sunt, nobis exemplum fiducia facti. Deum laudamus in sanctis ut Gal. 2. In me, glorificabant Deum. Et Acto. 21. Magnificabant Deum in Paulo, Laudate dominum in sanctis eius (quamquam alio respexit hic uates) Caeterum Frater dicit me aliter docere, quam docuit Paulus, qui doctorem habuerit spiritum sanctum, me uero pseudoparaclatum ab Aquilone, unde pandetur omne malum &c. quorsum tēdat teneo. Scio Paulum habuisse doctorem Spiritum sanctum, Scio & Monachos habere doctorem spiritum, sed eum de quo Paulus, 1. Ti. 4. Caeterum Romana sedes est aquilo iste, de quo omnis pestis pietatis & tot uariegata impostorum genera prodierunt. Plures enim sunt species huius purpuratae meretricis, quā auium genera. Porro unus Lutherus homo, & pietate, &

& summa eruditione uenerabilis, displiceat uobis quod alio *Intherius*
quatenus uestris uos depinxit coloribus. Imo gratia erant
referenda homini, quod ad meliora sit uos hortatus. Argue
sapientem diligit te, sed surdis canis fabula, coniunctis omni
bus uiribus non potestis unum illum prosternere, quem Deus
Opt. Max. nobis ad annos Nestoreos conseruet, Amen.
Dic Monache impie, huius doctrina (quod suggillas) quam
consentiat Spiritui sancto: quam unice quaerat gloriam Chri
sti: quam efficaciter condemnent uestram doctrinam: Nolite
ante tempus eum iudicare, legite & intelligetis.

PROPOSITIO XXV.

Fides charitate, ut arbor fructibus carere non potest.

CENSURA.

DE quacunque fide dicat, contradicit sibi ipsi &c.

CONDEM. CENSURAE.

Fides operosa est, ferax bonorum fructuum. Fides enim
per charitatem efficax est, si Paulo credis. Et arbor bona
non potest malos fructus facere, si Ioanni & Christo credis,
sed non potest quicquam ita pie dici, quod sycophantarum
morsum effugiat. Augustinus de fide & operibus. Insepara
bilis est quippe bona uita a fide quae per dilectionem opera
tur. Imo uero ea ipsa est bona uita.

Augustinus

PROPOSITIO XXVI.

Sola fides format opera, errant qui aliter docent.

n 3

Censura

CENSURA.

SVs (aiunt) Mineruam docet , omnes Theologi dicunt
Scharitatem esse formam fidei.

CONDEM. CENSURAE.

ETiam hic mire se torquet doctor , uult ut bona opera
formant fidē , sed id credo efficiet ad Kalendas Græcas.
Fidē intelligo non tantum notitiā historiæ , sed misericor-
diæ Dei fiduciam , hac fiducia saluatus est latro , sine ullo
opere formante fidem , hac saluantur omnes omnium æta-
tum pij. Hæc mater est bonorū operum fons , ac scaturigo.

Sic Bernhardus fidem uiti , reliquas uirtutes palmitibus
opera botris comparat. Chrysostomus uero fidem lampadi
assimilat.

Chrysostomus 2. Homelia prioris Epistolæ ad Ti. Fides
quod uerum est iudicat , & ex sincera fide charitas gignit.

Beda Ioannis 16. Fides est origo uirtutum.

Henricus Dominica 11. post Trinitatem. Fides est mater
uirtutum.

Ambrosius libro primo de Vocatione Gentium cap. 5.
Fides sanctæ conuersationis , & iustæ actionis genitrix est.

Augustinus Psalm. 31. in proœmio; Vbi fides non erat,
bonum opus non erat

Beda Lucae 15. Date anulum in manum eius dicit, id est,
in operatione. ut per opera fides clarescat, & per fidem ope-
ra confirmantur.

Hieronimus ad Galatas; Veri filij Dei nominamur, cui
nos generat non lex abolita, sed mater fides, quæ est in
Christo Iesu.

Et Paulus, ut saepe citaui; Fides quæ per charitatem ope-
ratur

ratur, uere extinguuntur lampades operum, quæ non habent oleum fidei. Fides est ac condimentum operum. Fides format opera, efficitque ut grata sint Deo, quia quicquid non est ex fide peccatum est. *fides est*

Augustinus de fide & operibus cap. 7. Nisi præcedat fides, uita bona sequi non poterit. Respicit enim Deus ad Abel, id est, ad personam fidem, dehinc ad munera personæ, & est quasi communis regula, & citatur in glossa Decreti, quæ ea sit fundamentum aliarum uirtutum. Multæ sunt uirtutes, sed si sola defuerit, cæteræ non profunt. Ex his liquere puto fidem formare opera, non contra, nisi hominum iudicio. Ego autem loquor quo ad Dei iudicium, qui ex fide æstimat opera, sine qua omnia peccata sunt & hypocrisis. Quod scholastici doctores sic docuerunt, nihil moror eorum dogma, & Patris conuictum, quando eorum conscientiam cœperint luctari in illo certamine, quod ipsi ignorant, tunc fatebuntur me recte scripsisse, ut ut nunc sus Mineruam doceat, sed isti succidia erunt tunc ad æterna supplicia exposita, nisi respuerint. Subtilis Theologus, si Deus charitas est (inquit) uita est, Si habuero omnem fidem, charitatem non habeam, nihil sum, mortuus sum. Et quia conclusionem reliquit, ego adijciam ergo charitas uita est. Videte fratres quam non perdiderint nostri spirituales oleum & operam in Theologia. Item charitas perficit, inquit Frater, sed sunt scopæ dissolutæ, lege ibidem Ambrosium, docebit te. Et Prouerb. 10. Charitas operit multitudinem peccatorum, non tuorum, sed aliorum. Mores amici noueris non oderis, & sic patet quam magistraliter philosophetur rabula. *proverb. 10*

PROPOSITIO XXVII.

Opera bona sunt fructus fidei.

Censura

CENSURA.

Opera bona non sunt fructus fidei, fructus ex arbore pro-
cedit, sed non omnia opera ex fide, sed ex charitate,
gratia, spiritu. Imo & fides est fructus charitatis, 1. Cor. 13.
Charitas omnia credit, Galat. 5. Fructus spiritus fides.

1. Cor. 13.
Galat. 5.

CONDEMN. CENSURAE.

Hic Frater non immunis & a symbolo ascitus est in al-
bum Theologorum. Prorsus ignorat genium fidei, &
charitatis, quae fructus est fidei. Augustinus super Ioannem:
Quomodo fides sit fructus charitatis, diuinet Oedipus,
ego Matthias sum. Porro Gal. 5. Fides conscientiam & ue-
ritatem dictorum factorumque significat magis, quam Dei
notitiam, aut fiduciam, opponiturque perfidiae. Et spiritus uo-
cabulum accipitur, ut & Rom. 8. Lex spiritus uitae &c. pro
fide & dono Dei. Charitas credit omnia, sed quae fidei sunt,
alias deberet & mendacijs credere. Terminus uero omnis
semper de subiecto argumento debet intelligi.

Augustinus
Galat. 5.

Roma. 8.

PROPOSITIO XXVIII.

Sola fides est beatitudo.

CENSURA.

Fides est beatitudo, sed non sola, sed & aliae uirtutes.

CONDEMN. CENSURAE.

Scimus ex Matt. 5, & Lucae 6, quid commēti sint quidam,
sed

math. 5.
lucae 6.

sed scriptura docet solam fidem esse nostram beatitudinem,
Lucæ 1. Beata es quæ credidisti, Et Ioan. 20. Thoma uidisti
& credidisti beatus es, sed beati qui non uiderunt & credide-
runt. Petrus confitetur Christū filium esse Dei uiui, & audit
a Christo: Beatus es Simon Bar Iona &c. Beati quorum re-
missæ sunt iniquitates, atqui fide remittuntur iniquitates.
Fide ergo beatificamur. Beatus uir, cui non imputabit do-
minus peccatū. Et propter fidem, quæ nostra est beatitudo,
non imputabitur peccatum. Ergo fide sumus beati, Paulus
Rom. 4. Beatitudo una est, nempe fides, quibuscunq; tandē
nominibus eam uocites, fructus seu effectus fidei multiplices.
Et quis beatus, nisi cuius est dominus Deus eius, qui in hoc
uno peccauerit, multa bona perdet, Ecclesiastes 9.

Lucæ. 1.
Ioan. 20.

Roma. 4.

Ecclesiastes 9.

PROPOSITIO XXIX.

SOla infidelitas est peccatum mortale.

CENSURA.

HAnc propositionem ignoras, altior ne sit an falsior et c.

CONDEM. CENSURAE.

Peccati uetus partitio est, in mortale & ueniale. Sancti
dupliciter peccant: Natura mortaliter, stipendium eū
peccati mors, & Venialiter, quia eorum peccata ueniam me-
rentur per Christum. Impij peccant tantum mortaliter, &
ut beatitudo est una fides ipsa, ita peccatum mortale est
unum, infidelitas ipsa. Marci ultimo. Ioan. 16. & 3. Et qui
fuerit in hoc uno, erit omnium reus. Iacobus. In requiem nō
introierunt propter incredulitatem, Hebræ. 3. & 4. Et ut be-
atitudinis

Impij
marci. ult.
Ioan. 16. et 3.
Hebræ. 3. et 4.

Galat. 5.

atitudinis effectus uarij sunt, sic & incredulitatis, Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis &c.

missas. precib.

Augustinus de uerbis domini, Serm. 40. Dominus & saluator noster, hoc unum peccatū dicit, de quo arguit mundum spiritus sanctus &c. hoc unum imputari uoluit, quo cetera colliguntur. Idem Ioannis 15. Hoc est enim peccatum, quo tenentur cuncta peccata, quod unusquisque si non habeat, dimittuntur ei cuncta peccata. Hoc est autem, quia non crediderunt in Christum, qui propterea uenit ut credatur in eum. Idem: Credant itaque homines in Christum, ne arguantur de peccato infidelitatis suae, quo peccato omnia detinentur. Possem hic dicere ea, quae corrugarent Monachos, nares, omnia eorum opera sine fide facta, Missas, preces, murmur, mera esse peccata mortalia, quia non sunt contenti uno peccato mortali, quasi non sit satis efficax hoc unum ad eorum condemnationē, nisi sint plura. Nec uideo qui possit fieri, ut ex septem daemionibus, septem fiant peccata mortalia, cum per ea etiam ipse Gregorius uniuersa uitiorum genera intelligat. Proinde peccatum mortale, est dignū morte aeterna, at qui sola incredulitas est tale peccatum (qui non crediderit, iam condemnatus est) Ceterum quālibet peccauerit aliquis, si credit sua peccata remitti per Christum, saluatur.

PROPOSITIO XXX.

Cur soli fidei tribuitur iustificatio? quia Deus non alia ratione saluat te nisi fide.

CENSURA.

AB Orthodoxis non soli fidei tribuitur iustificatio, a Matthaeo uerbis, a Paulo factis, a Iacobo operibus. **Condemn.**

CONDEM. CENSURAE.

Quod soli fidei tribuatur iustificatio, audiuius superius. Item, quod dupliciter debemus iustificari, fide coram Deo, operibus coram hominibus. Homines cum uident nostra bona opera, iustificant nos, pronunciant, declarant nos esse iustos, arborem ex fructibus iudicantes. Ex uerbis ergo uel iustificamur uel damnamur hominum iudicio, *Math. 12.*
 12. Et Rom. 2. Non auditores uerbi, sed factores iusti sunt. *Roma. 2.*
 Ignorat Frater quid sit facere legem, cum operibus lex non fiat, nec impleatur, nisi fide in Christum. Et Iacobus operibus tribuit iustificationem, quia ex operibus fides consumatur, non Dei, sed hominum iudicio. Haec plana sunt, & obuia sanctis. Nugatur Frater hic etiam de absoluta & ordinata Dei potentia, & dicit Deum alia quoque ratione nos saluare posse, quam fide, cum tamen Paulus diserte dicat: Impossibile est sine fide placere Deo. Item sine operum ratione nec Deum saluare posse contendit. Contendit quod sine fide (quae est fiducia misericordiae Dei) possit saluare, sed sine operum ratione posse saluare negat. Et cum sacramenta iustificent neminem, sed fides sacramenti, omnes ab aeterno pueri perierunt, si Fratri credimus, quia ratione operum caruerunt. Est ne frons haec quae erubescere nescit? Haecine reddis domino Deo tuo Monache? Fidei tribuitur iustificatio, & quidem soli, nisi enim credideritis non permanebitis. Nec uult alia nos ratione saluare, nisi fide. Crede in dominum Iesum Christum, & saluus eris, tu & domus tua, *Acto. 16.* Hic addit *Acto. 16.*
 Monachus: Tribuitur iustificatio fidei, non quia in iustificatione dignior sit, cum charitas sit excellentior. Sed quia prima est ordine, initium & fundamentum ad iustificationem.

Respondeo: Fides est initium, progressus, & finis iustificationis nostrae. Est enim iustificari, pro iusto, ac pro
 0 2 haberi

Roma. 5.

haberi. Atqui fide sumus iusti. Rom. 5. Ex fide iustificati pacem habemus ad Deum, non ex charitate, uel conditione nostræ dignitatis. Friuola sunt, quæ Frater tam inconsulte, non salutato ore domini balbutit.

PROPOISTIO XXXI.

PRiuatiuæ particulæ in Paulo, ut gratis, non ex operibus &c. non opera fidei, non sacramenta, non auditum uerbi, sed meritorum fiduciam excludunt.

CENSURA.

Nullus terminus Agiographorum opinionem meritorum excludit, sed falsigraphorum.

CONDEM. CENSURAE.

DE sola Dei erga nos misericordia præsumendum est, nam Paulus omnem suam iusticiam ex lege pro reiectamentis & rudere ducit, & credo Fratrem admittere Paulum fuisse agiographum. Hieronymus ad Rom. Nemo suo merito, sed omnes æqualiter iusticia Dei sunt saluati. Item contra Pelag. Monachorum patres: Tunc ergo iusti sumus, quâdo peccatores nos esse fatemur. Et iusticia nostra non ex proprio merito, sed ex Dei consistit misericordia. Audis gratis, tace de meritis. Augustinus Hypog. 6. Particulæ ergo conditionem dignitatis nostræ, seu meritorum nostrorum excludunt, & transferunt beneficium redemptionis nostræ in Christum, sicq; a causa excludimus opera non ab effectu aut sequela, sed nos propria merita, præsumptionem seu fiduciam operum, & opinionem meritorum solis iustis

Hieronymus

lustis, quibus satis est meritum Christi, excludimus, non
Monachis & hypocritis, qui non alieno sed proprio uolunt
saluari merito, quod est illud, de quo Augustinus in prolo-
go Psalm. 31. Si quod debetur istis operibus Deus redderet,
utiq; damnaret, non tibi Deus reddit debitam pœnam, sed
donat indebitam gratiam.

Augustinus

PROPOSITIO XXXII.

OMnia opera infidelium & peccatorum sunt peccata.

CENSURA.

Vtinam calidus esses aut frigidus &c.

CONDEM. CENSURAE.

IN hac propositione Dialecticum agit Frater, & me uult
esse uel calidum uel frigidum. Proximo inquit male uelle
se, apud infidelem est peccatum, ergo bene uelle non est pec-
catum, hoc sequitur, ait, per consequentiam, in ipso termino-
rum in oppositis contradictorijs, quã nullus qui Logicam
uel a limine saluauit abnegabit. Hac Frater, & alia nuga-
tur inepte. Non lusit operam in Logica meus Doctorculus
quam arbitram uult esse ueritatis. Sed cum secundum Au-
gustinũ Dialectica sit definiendi, diuidendi, argumentandi
scientia, auricula asini (ut ipsius uerbis utar) palam erit, q̃
male diuidat inter opera fidelium, & infidelium: Male uelle
est peccatũ, igitur bene uelle non est peccatũ. Homo argu-
tus forte Hieronymum sequutus est, qui & ipse pari entia-
memeate utitur: Bonũ est non tangere mulierem, igitur &c.
Sed duplices sunt peccatores, Qui nõ credunt in Christum,

o 3 talium

talium opera sunt peccatum. Rom. 14. Quicquid non est ex fide, peccatum est. Qui credunt in Christum, etsi natura peccatores sint, tamen gratia, electione, adoptione iusti sunt, fide absorbentur eorum peccata. Ioannes: Qui natus est ex Deo non peccat &c. Ignorat doctor quid sit ciuilitate esse bonum, iustum, & Euangelice. Ethnicorum multi fuerunt iusti, ciuili, ac humana iustitia, sed fidei expertes in Christum perierunt, & Fratri non succurrit Dialecticorum regula, quod communiora uocabula prius sint diuidenda, quam definienda, alia est uoluntas piorum, alia impiorum, inter quos fides discernit. Sequitur ergo, quod haec consequentia ut est absurda, & doctore Parisiensi digna, ita est intempestiua, antecedens uerum est, sed consequentia falsa, quia non quodlibet bene uelle est iusticia coram Deo, etiam si sit coram hominibus, caetera quae ineptit, nihil ad rem faciunt.

PROPOSITIO XXXIII.

Nihil discriminis est inter Christianos apud Deum.

CENSURA.

Iste balbutit in hac parte.

CONDEM. CENSURAE.

Mira subtilitate suam ornat censuram hic Frater, & ne scio quae superuacanea persequitur, sed ignorat quid persona significet in scripturis. Nego prosopopoeian & personarum doctrinam, in externis actionibus & donis non iustificatibus. Magna est doctrina, ut probatum est in apologia, sed fide omnes pares sumus, & non moratur Deus, aetatum, condi-

conditionum, linguarum, nationum, diuersitates, cuiatis
cunq; sint si faciunt iusticiam, accepti, Acto. 10. Si infideles,
reprobi. Augustinus in Gal. cap. 3. In fide Christi, non est di- *Orcto - 10.*
stantia Iudæi & Græci, non serui & liberi, non masculi & *Augustinus?*
fœminæ, in quantum enim omnes fideles sunt, omnes unum
sunt in Christo Iesu. Quam alienus sit Frater non a uera
Theologia tantum, sed etiam ab omnibus literis, uidere est.

PROPOSITIO XXXIII.

DE pœnitentia dictum est, quam hætenus, contritio-
nem, confessionem & satisfactionem uoluerunt esse.

CENSURA.

O Temerarium, quàm amare fidem nostram & nos
derideat.

CONDEM. CENSURAE.

ET hic draco uirus effundit, & miseram chartam suis
nugis perdit, de pœnitentia superius. Porro Antichri- *Antichristus est*
stus is est, qui sub nomine Christi ea docet, quæ sunt contra-
ria Christo, talis est Papa, cum suis irudinibus, sacrificulis
& sanguisibundis Monachis, qui ea docent, quæ ex diame-
tro pugnant cum Christi Euangelio. Plebs Christiana, in-
quit Frater, uiri doctissimi patres orthodoxi, scientia &
uirtutibus præstantiss. sancti, gloriosiss. qui, ut Hebræ. 11. *Hebræ. 11.*
copiose describit Apostolus: per fidem uicerunt regna, sci-
licet hæc partitionem fecerunt pœnitentiæ. A quo tempore?
A tempore primitiue, ut creditur ecclesiæ. hætenus ille.
Egregia Sopistarum contentio diuisionem pœnitentiæ pro
bare

patres

bare uult, per patres ueteris testamenti, qui fide uicerunt regna. Sed est arena sine calce. Patres quam nihil sciuerint de hac confessione & satisfactionibus, scimus, & poenitentiam, non nisi contritionem & fidem habebant. Caterum quis docuit fratrem hanc partitionem a primitiua coepisse ecclesia? Sed sui similis est, & putat se cum Fabro suo esse in officina ferraria, ubi suo arbitrio omnia possit pingere et cudere, quae in mentem ueniunt. Quare cum de personis declamitat, ego hic nullam personam uideo, praeter personam scriptoris laruatam. Nam nec patres nec primitiua ecclesia suffragantur quicquam Monacho. Vendicent sibi quidam ecclesiae titulum, multitudinem, antiquitatem & alias notas. Nos ecclesiam audimus habentem suas notas uerbum, & fidei sacramenta, & crucem.

PROPOSITIO XXXV.

Confessio est fructus fidei.

CENSURA.

Peccatorum confessio non est fructus fidei, sed poenitentiae.

CONDEM. CENSURAE.

Cum frater ignoret quid sit poenitentia, propterea negat confessionem esse fructum fidei, quae duplex est: Altera fidei, altera charitatis, cum ex cognitione nostri resultet contritio. In hac uero erigimur fide, magna cum humilitate confitemur Deo nostra peccata, nos a planta pedis ad uerticem usque esse morbosos. Plena est scriptura hac confessione

fessione, & cum uere credimus remissionem peccatorum nos adeptos esse per Christum, confitemur domino, laudantes ipsius erga nos misericordiam, pro tanto erga nos beneficio ei gratias agentes, incipimus & fratribus, quos uel malo exemplo, in rebus, fama, corpore laesimus confiteri nostra peccata, id est, eos quoquo modo recōciliare. Sane hi fructus sunt fidei. Matth. 3. Facite dignos fructus, qui decent poenitentiam, id est, externe & interne renouemini fidei & bonorum operum nouitate. *math. 3.*

PROPOSITIO XXXVI.

Sacrificium ecclesiae est eucharisticū, Christi meritorium.

CENSURA.

Sacrificium ecclesiae est meritorie dupliciter, scilicet praeemij essentialis, propter quod proprium meritorium dicitur, & remissionis poenae peccatorum, propter quod satisfactorium dicitur.

CONDEM. CENSURAE.

Corpus Christi est duplex. Naturale & spirituale. Primum sine peccato est. Alterum habet peccatum. Quod est sine peccato occubuit, hostia factum, pro spiritali corpore. Ephes. 5. Ipse saluator corporis, id est, ecclesiae uerae. Huius sacrificium est propitiatorium, id est, quod meruit propitiationem peccatorum nostrorum, de qua re in apologia. Essentiale autem praemium corporis Christi spiritualis, est aeterna mors. Ephe. 2. Natura omnes sumus filij irae, tantum abest ut satisfactio esse possit, Essentiale praemium & *Ephes. 5. et 2.*

p

meritum

Sacrificium enim
charitatis

Hieronymus

Faber episcopus

meritum solius Christi mors est. Cæterum ecclesiæ sacrifici-
um dicitur eucharisticum, quia corpus debet cõuenire cum
capite. Passio capite, pati debent & membra, quia non est dis-
cipulus maior magistro, & seruus domino, si me persecuti
sunt, & uos persequetur. Nam qui pie uolunt uiuere in Chri-
sto, persecutionem patietur. Oportuit Christum pati, oportet
& ecclesiam pati ut conformetur suo capiti. Quos enim
præsciuit, hos & prædestinauit conformes esse imaginis filij
sui. Sed quantum inter est, inter peccatum & iusticiam, tan-
tundem discriminis est inter sacrificium Christi (quod est sa-
tisfactorium, propitiatorium, meritorium) & ecclesiæ sacrifi-
cium, per quod nihil meremur, sed tantum Christo assimila-
mur. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futu-
ram gloriam. Nemo suo merito, sed omnes æqualiter iusti-
cia Dei sunt saluati, Hieronymus. Vide charissime lector,
an non isti Antichristi sint, qui hoc quod proprium Christi
est ita turpiter euertunt, & pessundant. Quid enim retine-
mus de Christo, cum sacrificium eius sic annihilamus? Aut
quomodo horribilior potest idolatria stabiliri, quam si dica-
mus ecclesiam habere sacrificium suum proprium, extra sa-
crificium Christi, quo mereatur remissionem poenæ pecca-
torum? Hoc est Christum, Spiritum sanctum, Euangelion
& omnia abolere, ac gigantum exemplo Deum exturbare
è cælo. Et tamen, Faber, Episcopus. s. Antichristi, ob hanc
doctrinam Hungariam religioni deditam scribit. Ego qui
Hungariam patriam habeo, agnosco quam uarie prouoca-
uerimus iram Dei. Sed inter reliqua peccata, hoc caput est,
quod etiam regno exitio erit, quod tales blasphemias contra
Christum impune sparguntur. Cum habeamus manifestas
sententias: Si ex operibus, frustra Christus mortuus est.
Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis? Quid habes
quod non accepisti &c.

Propositio

PROPOSITIO XXXVII.

OMnium præterea mors & passio sanctorum est imago Christi.

CENSURA.

Passio sanctorum est satisfactoria. Colo. 1. Gaudeo in colof. 1.
passionibus pro uobis.

CONDEM. CENSURAE.

HAec propositio superiori cognata est, hoc tantum admonendus est frater, Paulum nihil de satisfactione locutum. Singuli sancti singula membra sunt ecclesiae, & quis debet ebibere suum calicem. Quousq; ergo aliquis sanctus mensuram suae passionis non expleuit, eousq; deest siue superest passio Christi in carne illius, qui passurus est, in exemplum ecclesiae. Christus dedit nobis exemplum, ut nos sequamur uestigia ipsius. 1. Ioan. 1. Sanguis Iesu Christi emundauit nos ab omni peccato. Et Apo. 1. Vibice Christi sancti sumus ex æquo omnes, qui mortuus est unus pro omnibus.

PROPOSITIO XXXVIII.

Fides est duplex, generalis quam & daemones habent.

CENSURA.

Contradicit sibi ipsi, ponit ex se fidem non bonam.

CONDEM. CENSURAE.

DE fide iustificante satis. Quod autem duplex sit fides,
p 2 altera

*fides duplex
Athanasij*

altera iustificans, altera magnum donum Dei, quo fiunt miracula. Non meum est somnium, sed Athanasij in commentarijs ad Rom. Generalis fides est, quā & dæmones habent, iuxta Iacobum: Et dæmones credūt. Credunt inquit, ergo necesse est eos habere fidem nō iustificantem, sed generalem. Poteram hac nota carere si dixissem; aliam infusam, aliam formatam charitate, uel ipse Calepinus poterat (quamuis & ipse Monachus) Fratrem ab hoc errore eripuisse, qui dicit: Interdum fides ponitur pro Dei dono, quo fiunt miracula. De hac fide loquitur Apostolus: Si habuero omnem fidem. Iam scimus signum uniuersale quo modo sumatur. Hic autem ex plaustris conuiciatur operista. Nobis inquit, una fides est, duabus eorum melior formata & informis. Fateor sane uos habere fidem generalem, formatam non nisi hypocrisis & fucō.

PROPOSITIO XXXIX.

ephe. 2.

Fides est gratia. Ephe. 2. Gratia estis saluati per fidem.

CENSURA.

Gratia est fides gratis data, sed non præcise, nam & prophetia est hoc modo gratia.

CONDEM. CENSURAE.

Grā ft

Ambros.

Gratia fauorem, misericordiam, & donum Spiritus sancti significat. Omnes Christiani sunt & fuerunt semper in gratia, quos pleno fauore Pater propter Christū dilexit. Cæterum fides donum Dei est gratuitū & gratum faciens. Sola enim fides facit nos gratos Deo, Ambros. Rom. 11. Gratia

Gratia donum Dei est, non debita merces operibus. Augu^{gustinus}
stinus Ioan. 1. Gratiā primo accepimus fidem, uocatur
autem gratia, quia gratis datur. Pro hac gratia in qua ex fi-
de uiuimus, recepturi sumus aliam, id est, uitam æternam,
uita enim æterna quasi merces est fidei. Prophetia, genera
linguarū, miracula, dona quidem sunt gratis data, sed Deo
gratos non reddunt sine fide, Matt. 7. Lyranus super Acta
cap. 10. Hæc dixi quo Fratris, præcise, irritum sit. Illud uero
Pauli: Gratia estis saluati per fidem, mirifica subtilitate ex-
pediuit.

PROPOSITIO XL.

Confessio auricularis non est ex scripturis.

CENSURA.

Confessio auricularis est ex præcepto ecclesiæ, Laterani
legitime congregati, sic loquitur Frater.

CONDEM. CENSURAE.

Mihi satis erat, Fratrem non potuisse probare hanc eo-
rum confessionem non esse ex scripturis, sed magnas
mouet tragœdias Frater, ne prædam amittat. Scimus quan-
tum mare malorum inuenerit hæc diabolica confessio, de
uera nihil loquor. Non abre Nectarius abrogarat hanc se-
cretariam confessionem. Et nunc quoque scimus, quod non re-
ferant Hypolitum nostri confessores, sed prudens mysteria
huius confessionis auricularis prætereo. Patres olim elige-
bant probatæ fidei ac doctrinæ homines, quos Diaconos
uocabant, hos uel doctrinæ, uel consilij, uel consolationis ac-
cipiendæ gratia, licebat adire, sine scrupulosa peccatorum
enumeratione

Confessio

Nectarius

enumeratione, qui consultissimi consulere, docti docere, spirituales consolari poterant. Nostri hoc non secus referunt, quam sorba sicum, quid mihi cum Concilio Lateranensi, & Decreti glossa, ex traditione uniuersalis alicuius Concilij fatetur esse. Ceterum de duplici confessione fidei & charitatis breuiter superius memini.

PROPOSITIO XLI. XLII.
XLIII. XLIIII.

IN oratione sola necessitas est proponenda. In oratione uerba non intellecta garrere Ethnicum est, Matthæi 6. Oratio uocalis breuis esse debet, sed ex fide. Semper orat qui semper fedit Deo.

Matthæi. 6.

CENSURAE.

IN oratione modum, locum, tempus statuere conueniens est. Sufficit finem considerare orationis, si ipsa non intel ligatur. Sine intermissione orate, 1. Thessal. 5. Qui semper fedit, non semper dicit; Pater noster &c.

1. Thessal. 5.

CONDEMN. CENSURARVM.

CHristus dicit: Quicquid orantes petitis, credite, & acci pietis, & Frater negat orationem esse petitionem. Du plex est oratio publica, priuata. Et uel Iudith poterat doce re in oratione solam necessitatem proponendam esse, euen tum uoluntati ac misericordiae Dei committendum. Orati onis non intellectae finem considerare an sufficiat, docet Paulus, 1. Cor. 14. Orabo spiritu, orabo & mente. Sine inter missione orant sancti, sed in spiritu non semper uocaliter.
Ephe

Oratio duplex

1. Cor. 14.

Ephes. 6. Orantes omni tempore in spiritu. Et Lucae 18. Oportet semper orare. Ergo semper orat qui semper fidei Deo. Condiciones orationis hæ sunt: præceptum, promissio, fides, res petenda, uel spiritualis, uel corporalis, posterius semper cum conditione, si referat Dei gloriæ & nostræ salutis, & per quem, quia per Christum, quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis, Ioan. 15. Frater etiam in his toto cælo errat.

Ephes. 6.

Luc. 18.

Ioan. 15.

PROPOSITIO XLV.

Semper ieiunat qui semper abstinet a peccatis.

CENSURA.

Non semper ieiunat corporaliter qui semper abstinet a peccatis.

CONDEM. CENSURAE.

UT magis odiosam reddat causam Frater in hac propositione meis uerbis ita præfatur, non obligatur inquit aliquis corporaliter ieiunare, cum Christianus semper ieiunare & spiritu & corpore debet. Est enim duplex ieiunium, externum, internum, fides & opera fidei, Esa. 58. Ego loquor de ieiunio superstitioso, cuius author Montanus est.

*Ieiunium duplex est
Esa. 58.*

Origenes in Leuiticum Homelia 10. Ieiuna ab omni peccato, tale ieiunium Deo placet. Abstinerere uero a cibis &c. acceptum esse non potest Deo, est certe libertas Christiano per omne tempus ieiunandi &c. Hieronymus ad Lucinium:

Hieronymus

Atque utinam omni tempore ieiunare possimus &c.

Chrysostomus Mat. 4. Ieiunium est abstinentia rei male.

*Chrysostomus
Augustus*

Augustinus super Ioannem : Magnum & generale ieiunium est abstinere ab iniquitatibus & ab illicitis uoluptatibus huius seculi &c. Christiano semper phase celebrandū, semper egrediendum de Aegypto uitiorum, & in nouitate spiritus ambulandum, de uirtute ad uirtutem eundum, affligunt sua corpora ut obediant spiritui, ut sobrietatis exemplū sint alijs. Vescuntur autem cibis indifferenter, non em̄ habent eorum delectum, ubi fratrum infirmorum ratio admittit. Ieiunium ergo cordis cum sit fides, semper ieiunat qui semper fidit Deo. Non uacat Fratris ineptias adferre.

PROPOSITIO XLVI.

OMnes dies æquales sunt.

CENSURA,

VNus dies alio facior est.

CONDEM. CENSURAE.

OMnium ex æquo prædicatorum officium est uerbi ministeriū & innocentia uitæ. Ut autē rite utantur ministerio selecti sunt dies a patribus, non quod illi cæteris sanctiores essent, sed ut tunc populus cōueniret ad audiendam missam, id est, uerbi prædicationem. Nam hac seruitute obligamur Deo festis diebus, ut ipsius uerbum per ministri functionem diligenter audiamus. Hæc autē propositio non est mea sed Hieronymi super Galatas cap. 2. Et Christiano omnis dies sacer est, & uita tota nō nisi sabbatum esse debet, id est, requies a peccatis. Esa. ultimo : Erīt mensis ex mense, sabbatū ex sabbato, Et Colo. 2. Nemo uos iudicet in parte diei

Hieronymus

*Esa. ult.
Colos. 2.*

diei festi &c. Et sanctificare sabbatum, non est aliud, quam *Sabbatum sanctificare*
sanctis operibus transigere. In ferijs sancta opera sunt exer-
cenda: uerbum Dei audiendum, fratres charitatis officijs
demerendi, non ocio torpendum, non luxui ac gulæ indul-
gendum, ut solent Papistæ, qui totam diem magis perpotant
in festis diebus, quæ unius uiduæ segetem, ab iniuria aëris, con-
uehendo in horreum uindicarent. & eorum feriæ profecto
nihil aliud sunt, quam ceremoniæ hominum, luxus uestium
& epularum, ut cætera taceam. Porro tertium Decalogi *Augustin?*
præceptum, quo sensu sit accipiendum, docet Augustinus
ad Ianuarium, Epistola 119. Inter omnia decem præcepta
solum hoc est figurate obseruandum, quam figuram nos in-
telligendam, non etiam per ocium celebrandam suscepimus.
Idem de litera & spiritu, cap. 14. Quisquis illum diem sicut
litera sonat, nunc usque obseruat, carnaliter sapit. Adhæc ipsa
charitas dicitur, nedum seruos, ancillas, sed & ipsa pecora
semel in hebdomada refocillanda, sed huius rei finis poli-
ticus esse debet. Concludit ergo Hieronymus omnes dies
æquales sunt, etiamsi conclusio sit contra Monachos.

PROPOSITIO XLVII.

Sub elementis sunt qui creaturarum faciunt differentiã.

CENSURA.

Non est hic homo a Deo qui sub elementis ponit Apo-
stolos &c.

CONDEMN. CENSURAE.

Elementa non philosophice accipiuntur, sed Paulo si-
gnificant doctrinam siue diuinam (ad tempus) siue hu-
manam

q

Ciborū delectū

Matth. 15.

1. Cor. 15.

1. Tim. 2.

Galat. 2.

manam faciētem creaturarum differētiā. Iudæis quædam animalia erant, non ad iustificationem, sed ad significationem prohibita, a quibus nonnullis & nos uel usu uel natura abhorremus. Ciborum delectum quem Romana ecclesia in uexit damnamus, quia pugnat cum fidei libertate. Omnis cibus licitus est Christianis. Omnia munda mundis. Et quod intrat per os, non coinquinat nos, Matth. 15. Infirmorum tamen ratio habenda. Sed uelint nolint, omnes humanæ traditiones possunt extra casum scandali, etiam de rebus adiaphoris æditæ uiolari. Quæ uero pugnant cum fidei iustitia, etiam si tota colluies Pharisaica scandalizetur, nihil refert, Deo magis obediendum quam hominibus, adhæc humanæ traditiones non sunt ueri cultus Dei. Frustra consulunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Quid interest piscibus aut carnibus (quancūq; & pisces carnes sunt, 1. Cor. 15.) fartias tuum uentrem? Olim qui olera cocta cum carnibus non gustassent, hæreseos & inobedienciæ suspitione non carebant, ut testantur distinctiones Graciani. Nunc inuersis rebus, omnia præpostere aguntur, tamen clare pronunciat Paulus: Qui discernit, iam iudicatus est, quia nō ex fide. Si Deus noster est, Christus, cœlum & Spiritus sanctus, cur cibi non essent nostri? Omnia uestra sunt, dicit Apostolus, & domini est terra. Et testatur Spiritus impostores futuros, qui connubia & carnes prohibēt, 1. Ti. 4. Omnis creatura Dei bona est, sanctificatur per uerbum & orationem. Coctæ carnes edendæ sunt, sed scimus quam nō edatis bubulas, fratres, ut modestiss. loquar: Qui ignorant Christianam libertatem, qui bona conscientia non audent uesci carnibus, hi adhuc sub elementis, infirmis & egenis sunt, Gal. 4. Qui dierum, temporum, habituum doctrinam ad iustificationem faciunt, elementarij senes iure uocari possunt, Frater, hic quam nō apposite insalutatis caussage fontibus

fontibus, loquatur, aliorum esto iudicium, uere dicitur; quo
quis indoctior, hoc audacius & proponit & iudicat.

PROPOSITIO XLVIII.

NVlla creatura potest uel saluare uel damnare.

CENSURA.

Repugnat sibi, fixo pede tenet fidem saluare, quæ est
creatura. Item homo saluat hominem, 1. Cor. 9. 1. Cor. 9.

CONDEM. CENSURAE.

IN apologia de hac propositione abunde dictum est: So-
lus Deus creat, saluat, damnat, creauit per uerbum, saluat
per uerbum (qui est Christus) credentes in eum, damnat per
eundem incredulos propter peccatum. Etsi autem fides sit
creatura Dei, tamen non saluat quatenus creatura aut qua-
litas est, sed quatenus apprehendit meritum Christi, omnia mi-
sericordiae Dei tribuens. Sed opponit: Homo saluat homi-
nem. Respondeo: Homo saluat hominem ministerio, non po-
testate quæ solius Dei est, qui est saluator omnium, Paulus
(inquit Frater) se saluauit per bona opera meritorie. Dixi
Monachis, quo in loco sit Christus. Salus tua ego sum. Ego
feci, ego feram, ego sanabo, ego saluabo. Deum extra me
nescies, & saluator non est præter me. Sic Paulus omne meri-
tum proprium pro stercore ducit, & docet non gloriandum
in hominibus, sed qui gloriatur, in domino gloriatur. Tan-
tum in Christo sperantes sumus, 1. Cor. 15. Nulla profecto
lingua sufficit ad retundendam istorum impietatem, & blas-
phemias, quibus Christo honorem suum eripiunt. 1. Cor. 15.

q 2

Media

PROPOSITIO XLIX.

Media seruata non saluant, neglecta non damnant.

CENSURA.

Medium seruatum saluat, neglectum damnat.

CONDEM. CENSURAE.

Etiam diuina praecepta moderatur charitas & necessitas, quid dicemus de humanis praeceptis? Et profecto media si serues, non eris iustior coram Deo, si negligis iniustior, sed iuxta dictamen Christianae libertatis, medijs utendum. De obedientia superiorum non nihil comminiscitur hic Frater, sed suo more, non habent Episcopi ius condendi leges, sed praedicare legem & Euangelium, & ut secundum ordinem fiant omnia, possunt aliquid ordinare ad finem politicum, ut certas lectiones &c. non ad illaqueandas conscientias.

Episcopi

PROPOSITIO L.

Solus Christus est mediator Dei & hominum.

CENSURA.

Redemptionis solus est, sed plures aduocationis.

CONDEM. CENSURAE.

DE hac propositione in apologia, Hoc unum addam:
Sacrificuli

Sacrificuli & Monachi duo habent promptuaria, coelum & infernum, litant coelitibus unde non minimum lucrum referunt. Nam quicquid patrimoniorum usquam habent, sub nomine sanctorum habent, quos suis Missis & precibus pro aduocatis habent. Litant in purgatorio existentibus, unde adeps & pinguedo aqualiculorum emerfit.

PROPOSITIO LI.

Sancti uiui saluantur, impij uiui damnantur.

CENSURA.

Quantum ad causam attinet.

CONDEM. CENSURAE.

Regnum fidei & regnum gloriae nihil differunt in re, nam sancti adhuc uiuentes haeredes sunt omnium bonorum spiritus. Nostrum enim politeuma in caelis est. Si filij & haeredes &c. Nunc filij Dei nominamur & sumus &c. Sed tantum in modo rei, quia nos in speculo, in enigmate, primitias tantum spiritus habentes, illi facie ad faciem, cum moriuntur salus illis reuelatur. Non sunt condignae passionis ad futurae gloriae, quae reuelabitur in nobis. Sic impij uiui damnantur. Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. Qui non credit condemnabitur. Antequam ueniant dies eius peribit, Hiob 15. Sed haec est perfrecta siue Monachica frons, quae & Christum & Apostolos audet falsitatis suggillare, *Joan. 3. Hiob. 15.*

PROPOSITIO LII.

Nihil de purgatorio habet scriptura.

q 3

Censura

CENSURA.

Finis concordat cum principio in falsitate.

CONDEMN. CENSURAE.

Hic Fratrem Archite crepítaculum diceret, qui tamen non tam multiloquus in hac propositione quàm falsiloquus est, cum dico de eorum purgatorio nihil extare in scripturis, sed nostram purgationem esse fidem in Christum, teste Petro Acto. 15. Fide purificat Deus corda nostra. Et Hebrae. 1. Per se se purgationem peccatorum nostrorum fecit. Et Ecclesiasticus; Christus purgavit peccata ipsius. Dicit me falsum esse, num ita sit res, ecclesiae sit iudicium. Sed de purgatorio in gratiam Monachorum dicam pauca. Scimus omnes homines pios uel impios esse. Si pii, de morte corporis transeunt ad uitam animae. Ioan. 5. Qui credit illi qui me misit in iudicium non ueniet, sed transiit de morte ad uitam. Si piorum animae ad purgatorium descenderent, in iudicium uenirent. Et fidei finis non est ignis ille expiatorius, sed salus animarum nostrarum, 1. Petri 1. Reportantes finem fidei uestrae, salutem animarum uestrarum. Et 2. Cor. 4. Si terrestris haec domus dissoluitur, habitationem habemus in caelo, non in purgatorio. Et certe de inferis non datur accessus ad superos, teste Abrahamo; Magnum chaos firmatum est inter nos & uos, & qui uelint inde huc transcendere non possunt, Lucae 16. Gal. 6. Qui seminat in carne de carne metet corruptionem, qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitam aeternam. Duplex semen; fides, infidelitas. Qui ex fide operatur, metit fidei fructum uitam aeternam, qui ex infidelitate, metit fructum uiae suae aeternam mortem, Ecclesiastes 11. Lignum siue ad Austrum siue ad Aquilonem

Orto. 15.
Hebrae. 1.
Ecc. 10.

Joan. 5.

1. Petri. 1.
2. Cor. 4.

Luc. 16.
Galat. 6.
Semen duplex

Eccl. 11.

Aquilonem ceciderit, quo ceciderit, ibi manebit. Vbi Olim-
piodorus, siue in turpi scelerum statione, siue in honesto uir-
tutum, deprehendatur homo cum moritur, in eo gradu atq;
ordine permanet in æternum, nam uel requiescit in lumine
foelicitatis æternæ, cū iustis & Christo Domino, uel in tene-
bris cruciatur, cū iniquis & principe mundi huius diabolo.
Ecce nunc tempus acceptabile, & nunc dies salutis. Et in
die accepto exaudiui te, Et in die salutis adiuui te, 2. Cor. 6. 2. Cor. 6.
Quare accedendum ad thronum gratiæ Dei, in tempore
oportuno. Hebr. 4. quod est præsens uita. Cyprianus con- *Hebr. 4.*
tra Demetrianum, tractatu primo: Quando isthinc excels- *Cyprianus*
sum fuerit, nullus iam locus pœnitentiæ, nullus satisfacti-
onis affectus. Hic uita aut amittitur aut tenetur; hic saluti
æternæ, cultu Dei & fructu fidei prouidetur. Frustra mendi-
cant fatuæ uirgines. Et ecclesiæ potestas, non se extendit *potestas eam*
ultra hanc uitam, Soluas Ligas super terram, & quisq; acci-
piet mercedē iuxta suum laborem. Secundum propria ope-
ra reddetur cuiq; non secundū aliorum suffragia, missas et c.
non potest quicq; castius dici ac tersius contra mendax pur-
gatorium, quàm hæc sunt. Sed spiritualibus nostris bone
Deus q̄ ardet hic ignis, non secus atq; Aethna Siciliæ, aut
Vesuius omnia flammis ac fumis implens. Sed lucescente
Euangelio Christi cœpit tepescere, & Monachi fabula ha-
bentur populi, sancta ipsorū uasfrices reuelari cœpit, cum *monachorū*
hypocritica sanctitate. Loquuntur de Monachorum trini-
tate, quæ est uenter, guttur, gloria. Loquuntur de eorum uo-
tis substantialibus tribus, primum castitas, sed cum missant,
aliàs pudet dicere: Secundum, paupertas, sed cum sunt in
balneo, aliàs Crasso ditiores: Tertium obedientia, dum co-
messantur, alioqui inobedientissimum hominum genus.
Credo aut hæc scripta Monachos boni consulturos, q̄ndo-
quidem ornaui quomodolibet eorū religionem, Ex 1. Cor. 3. 1. Cor. 3.
probatur

Ambrosius de
dome p mng
math. 12.
roma. 3.
machab. 12.

probatum hoc figmentum eorum. & non uident miseri Paulum per similitudinē illis loqui. Vide Ambrosium, De donec pro nunq̄, non est cur in morer, neq; hic neq; in futuro, Matt. 12. Marcus 3. exponit in æternum. Locus Machab. 12. quasi unica arx est, ex qua contra nos pugnatur. Sed notum est iudicium ueteris ecclesiæ de eo libro, & prudens lector facile uidet, cur Iudas drachmas collegerit, ut .s. sup̄perstites Iudæi ea collatione testarentur, se mortuorum peccatum non probare, & deprecarentur Dominum, ne paucorum interemptorum peccatum noceret toti populo. Cui hæc non satisfaciunt, ille uideat cur unicam sententiam toti scripturæ opponat.

DE PRAEDESTINATIONE.

Dei uoluntas est
imple
1. 5. ut 3.
ath. 7.
roma. 12.
ephes. 5.
1. cor. 2.

IN gratiam fratrum quibus hic desudatum est, non graua bor & de prædestinatione breuiter loqui. Multorum enim conscientia anguntur, cum audiunt Deum suos ab æterno elegisse, hæsitantes num & ipsi electi sint. Hi primum omnium sciant uoluntatem Dei duplicem esse, alteram reuelatam in scripturis, quod scilicet Deus pater uult omnes nos saluare per Christum. Ioan. 6. Hæc est uoluntas mei patris, ut qui uidet filium & credit in eum habeat uitam æternam. Et 3. Non misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Matt. 7. Qui faciunt uoluntatem patris mei, & Rom. 12. Probetis quæ sit uoluntas Dei bona. Ephe. 5. Intelligentes quæ sit uoluntas domini. 2. cap. prioris Epistolæ ad Cor. Nos Christi senium tenemus. Hæc enim patris est uoluntas, in qua omnes Christiani certi esse debent, quod uelit nos saluare per Christum, sicut creauit per ipsum, & fides est ista certitudo salutis nostræ, Scio cui credidi, & certus sum. Item

Item Heb. 10. In qua uoluntate patris sanctificati sumus per
oblationem corporis Iesu Christi semel. Altera uoluntas
non reuelata, cur hunc saluet, illum induret, occulto iudicio,
sed uero, De hoc iudicio ne sim⁹ curiosi, scientes quod Deus
omnia benefaciat ad gloriam suam, Rom. 9. Secundo in
hac controuersia sciamus, promissionem Dei, de nostra salu
te generalem esse, iam in hoc simus, quod nos ab hac gene
ralitate excidere non sinamus. Vult enim omnes homines
saluos facere, 1. Ti. 2. Omnium dominus diues in omnes,
Rom. 10. ut omnium misereatur, 11. Sic Deus dilexit mun
dum, ut unigenitum suum daret, ut omnis qui credit in
eum, habeat uitam æternam. Iam si te inuenies in Christo
per fidem, inuenies te esse prædestinatum. Nam prædestina
tionis ratio, a uerbo Dei est incipienda. Qui enim uidet
me (dicit Christus Philippo) uidet patrem, Ioan. 14. Item,
Nemo nouit patrem nisi filius, & cui ipse uoluerit reuelare,
Matthæi 11. Qui est in sinu patris, ipse enarrauit, Ioan. 1.
Cæterum hæc promissio etsi sit generalis, tamen est gratua.
Prædestinauit te Deus, adoptauit in filium, elegit, non
respectu meritorum, operum, dignitatum, sed pure per Chri
stum, quem nobis gratis promissit. Ephe. 1. Elegit nos in
Christo ante mundi constitutionem. Item prædestinauit
nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in ipsum.
Item, Gratificauit nos in dilecto, Hezech. 36. Non propter
uos ego faciam domus Israel, sed propter nomen meum san
ctum. Item, Non propter uos faciam notum sit tibi. Deut.
9. Neq; enim propter iusticias tuas ingredieris, sed ut com
pleret uerbum suum dominus. Causa ergo electionis siue
prædestinationis nostræ, est misericordia Dei, charitas Dei
qui prior nos dilexit, Iere. 31. Charitate perpetua dilexi te,
ideo attraxi te miserans. Ab æterno Deus elegit suos, quæ
æterna electio excludit temporarium meritum, operum &
dignitas

Hebre. 10.

Roma. 9.

1. Tim. 2.

Roma. 10. & 11.

Ioan. 14.

Matth. 11.

Ioan. 1.

Ephe. 1.

Hezech. 36.

Deut. 9.

Ierem. 31.

Augustinus

Ambrosius

Haymo

Certitudo dnr

dignitatum nostrarum, qui cum nondum nati essent, aut aliquid boni aut mali fecissent, ut electio Dei secundum propositum maneret &c. Elegit autem in numero, omnia enim in numero, & pondere, & mensura disposuisti, nec electorum numerus potest uel augeri rel minui. Vnde & Augustinus in soliloquijs, cap. 28. Quos igitur, inquit, tibi elegisti de multis, ipsos mundas, quorum nomina, numerumque tu nosti, qui nequaquam possunt perire, quibus omnia cooperantur in bonum, etiam ipsa peccata, & quos antequam faceres cœlum & terram præsciuisisti ad mortem æternam, illis omnia cooperantur in malum. Ambrosius de uocatione Gentium libro 2. cap. ultimo; Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, & cætera sub eiusdem sensus prædicatione subnectit, docens donum atque opus gratiæ in æterno semper Dei mansisse consilio, omnemque adoptionis filios, non solum in eo tempore, quo iam existentes uocati sunt, sed etiam priusquam mundus conderetur electos, in qua electione, quicquid hominum præcognitum non est, nulla eidem ratione sociabitur. Omnes enim qui ad regnum Dei, de cuiuslibet temporis uocatione uenturi sunt, in ista quæ secula cuncta præcessit, adoptione signati sunt, & sicut nullus infidelium in hac sorte numeratus est, ita nullus piorum ab hac sorte discretus est. Hæc autem æterna & semper tranquilla cognitio nulla nos urget necessitate peccandi, nec inde manat iniquitas unde iusticia. Haymo Dominica post trinitatem 5. Vidit duas naues quas bene Iesus uidisse perhibetur, quia in utroque populo nouit, qui sunt eius. Et apud ipsum est certus numerus electorum suorum. Ad hæc non incommode quidam de duplici certitudine, externa & interna texunt sermonem. Interna certitudo, est ipsa fides, & unica in Christum fiducia. Tu ipse fac periculū, si tantum Christum habes anchoram salutis tuæ, si credis promissionem &

nem & generalem esse, & gratuitam. Externa certitudo, sacramēta, crux, bona opera. Nam ut Petrus docet 2. Petri 1. *2. petri. 1.*
Vocatio per bona opera certior faciēda. Vt. n. manus admo-
ta igni sentit calorē, ita piorum conscientia certae sunt, de
sua salute. Rationem autē praedestinationis, apposite scripsit
Paulus Rom. 8. Quos praesciuit, hos & praedestinavit; quos *Roma. 8.*
praedestinavit, hos & uocavit; quos uocavit, hos & iustifi-
cavit; quos iustificavit, hos & magnificavit. Hic praescien-
tia non opponitur praedestinationi, quos ab aeterno elegit,
hos uocat uerbo externo, uel interna inspiratione spiritus,
tales iustificat fide, & magnificat dotibus glorificationis.
Augustinus eodem modo in Soliloquijs cap. 28. Sine eorum *Augustinus?*
meritis praedestinati ante mundum, uocati de mundo, ius-
tificati in mundo, & magnificati eos post mundū. Scias ergo
te uere esse praedestinatum, & scias per quem, & cuius gratia
Regula autem certa praedestinationis fides est. Huc adscri-
bam suauissimam Bernhardi sententiam sermone quinto- *Bernardus*
de dedicatione. Quis poterit saluus esse dicunt discipuli,
Saluatoris, & ille: Apud homines hoc impossibile est, sed
non apud Deum. Haec tota fiducia nostra, haec unica conso-
latio nostra, haec tota ratio spei nostrae. Sed de possibilitate
iam certi, de uoluntate quid agimus? Quis scit si dignus est
amore an odio? Quis nouit sensum domini? Iam hic plane
fidem nobis subuenire necesse est, hic oportet succurrere ue-
ritatē, ut quod de nobis latet in corde patris, nobis per ipsius
spiritum reueletur, & spiritus eius testificans persuadeat spi-
ritui nostro, quod filij Dei sumus. Persuadet autē uocando, &
iustificando gratis per fidem. Haec ille: Nihil prodest tibi
scire, apud Deum te esse praedestinatum, nisi & fide sis certior
factus de tua praedestinatione. Haec etsi crasse, scripsi tamen
ad piorum fratrum consolationem. Ex his domine Francisce
pro tua poteris dexteritate despicere, ego ne an Frater ius-
tiores habeat causam, Vale, & seruet te Christus.

REVERENDO

DOMINO FRANCISCO BATZI

PRAEPOSITO SEPUSIENSI, AC
Secretario Regio, domino & amico suo,

SALVTEM. Cum Matthias Deuay uir eruditione
& pietate insignis, hic apud nos aliquot menses substi-
tisset ualeitudinis causa, quae ex itinere hiberno non nihil af-
flicta erat, saepe multa nobis de religione & communibus
nostris studijs fuit mentio, Ac summae uoluptati mihi fuere
ij quos saepe inter nos committebamus sermones, quod &
conditi erant singulari suauitate, & certas significationes in-
genij ac doctrinae praese ferebant. Incidit autem inter reli-
qua, mentio captiuitatum, quas satis acerbas propter doctri-
nam Euangelij ad triennium fere passus est. Cum igitur Fa-
bri Vuitenensis meminisset, a quo in carcere examinatus est,
non solum ut oratione referret eam actionem totam horta-
tus sum, sed etiam auditam, rogabam ut literis mandaret,
ac sane pro ea, quae inter nos fuit, coniunctione, facile impe-
trari id a se est passus, & sua manu signatas quaestiones ac
responsa exhibuit. Atque hic cum se mihi egregie satisfecisse
crederet, neque ego tum aliud ab eo peterem amplius, & ipse
Vuitenbergam ad communes nostros praeceptores ac pa-
tres se contulisset, ab alio admonitus sum aediturum eum
quaedam sua scripta ad fratres quos in Hungaria habet,
contra quorundam sycophantarum impias calumnias con-
firmandos. Gaudebam occasione, ac denuo hominem inter-
pellabam, ut examen illud adderet, quod apud me scriptum
reliquerat. Et si autem causas aliquas afferret, cur nollet pub-
licari, quod neque tum in carcere ad omnia respondisset ac-
curate

curate satis, nec nunc esset potestas adijciendi quæ uellet, ta-
men amico pertinacius urgenti gratificatus est, & *ἠπιματε*
ista Infulati Doctoris reliquis libellis curauit addi. Fuit aut
hoc mihi in cōsilio quod existimabā uarie prodesse ecclesiæ
Christi, si hæc quam a plurimis legerentur. Nam & confir-
mantur animi, cum ista aduersariorum nostrorum insignis
stulticia ac inscitia patefit, & quia tantum hoc agunt, ut ho-
mines ad nugas suas amplectendas impellant, iniustam &
odiosam crudelitatem suam produnt, quam contra ecclesiam
Christi exercent. Quis autem non indignetur, hominem
nullius criminis reum, sed propter suspicionem hæreseos
comprehensum, in carcerem & uincula conijci, & ab ijs, qui
ecclesiæ Doctores uocantur interrogari, non de articulis fi-
dei, sed de nugis quibusdam, quod non credat septem sacra-
menta, quod reliquias sanctorum non dicat colendas, quod
horas Canonicas non legat &c. At sane leue esset, non in-
terrogari de grauioribus, sed quod etiam igni & gladio ob
has nugas contra ecclesiam sæuiunt, hoc uero caput est im-
pietatis. Atq; in hoc examine Faber maxime comotus est,
cum negaret Matthias transsubstantiationem. Sed quod
nam scripturæ, quod patrum & ueteris ecclesiæ testimoni-
um producant, ut transsubstantiationem credamus? Paulus
retinet appellationem panis etiam post *ἐν λόγισμῳ* seu conse-
crationem. Item Christus dicit se posthac non bibiturum
de germine uitis, & patres ipsi retinent appellationem panis
& uini, sicut sunt testimonia apud Epiphaniū & Basilium
Græcos Theologos, & alios Latinos quoq;. Et tamen Faber
elementis hanc hæresim purgandam dixit. Sed habetur etiã
a nobis magna gratia Fabro & eius similibus, quod in his
priuatis actionibus nobis pingunt, qualis futura sit toties ia-
ctata Synodus seu Concilium, & quid nobis de eo sit spe-
randum. Nam frustra eam spem alimus, futurum ut de arti-
culis

culis fidei, de iustificacione, de usu sacramentorum, de sacrificio Christi, & alijs necessarijs articulis accurate disputetur. His enim necesse est ruere & subuerti omnem aduersarioꝝ idolatriam. Igitur aliam methodum insistent, sibi & tyranni suæ cōmodam, nempe quod de doctrina & p̄senti statu ecclesiæ, sancta Romana ecclesia iam olim pronunciarit, ergo blasphemiam esse si quis illud Romanæ ecclesiæ iudicium tot Concilijs comprobatum in dubium uocet. Igitur si quis non credet purgatorium, indulgentias, septem sacramenta, sacrificium Missæ pro mortuis & defunctis &c. ille, etiam si in omnibus Christianæ doctrinæ præcipuis articulis recte sentiat, tamen tanq̄ hæreticus igni purgabit̄. Sicut manifesta nostri seculi exempla sunt, & sanctissimus uir, Ioannes Huss, ante centum annos eandem crudelitatem expertus est. Non defugiebat supplicium, non petebat dimissionem, hoc petebat, ut audiretur, & ex sacra scriptura & ueteris ecclesiæ doctoribus articuli quos confitebatur suos esse, iudicarentur, sed frustra petebat. Eadem etiam futuræ Synodi erit plane forma, nisi istis in ecclesia uiperis sæuēdi potestatem magistratus ademerit. Quare existimo, hoc Matthiæ examen, imaginē futuræ Synodi nobis exhibere, quæ tanto sæuiet crudelius, quanto istic cōiunctis sententijs & uiribus erunt ualidiores. Nunc singuli in suis angulis crudelitatem infinitam exercent, sicut in eo genere Faber carnifex uerius quam Doctor aut Episcopus diceretur. Nota enim sunt per omnem Germaniam & alias uicinas regiones cruenta eius tum cōsilia tum facta, contra ecclesiam Christi. Sed suo tempore requireret iustus iudex iustorum sanguinem ex eius & similium manibus, atq̄ utinam id nō fiat cum uastitate totius Germaniæ. Debent autem iniusta hæc crudelitas & acerba supplicia confirmare ecclesiam contra aduersarios suos, siquidem ecclesia, Christi exemplo patitur.

Joeb Huss

aber carnifex

patitur, & Papatus, Synagogæ & Iudæ exemplo, ecclesiam
persequit & crucifigit. Tenent in suis ecclesijs aduersarij no
stri magnas dignitates, à principib⁹ adhibentur ad maxima
rū regē deliberationes. Habent alia cōmoda plurima, quibus
fere tanto cumulant magis, quāto minus uel eruditione uel
uirtute ea merentur, hæc stultū uulgus & miratur ualde &
studiose ambit. Sed huc mihi oculos atq; animum aduerte,
nullum. n. hominum genus plus publice ac priuatim nocet,
nullæ rerump. & ecclesiæ nocētiores pestes sunt. Quare nō
potest longius ab eis abesse pœna, qua quidē nunc grauissi
ma urgent, si modo eam agnoscant. Quis em̄ non pœnam
grauissimā iudicet, istam extremā cæcitatem, q̄ propter con
iugiū, propter utranq; speciē sacramenti, p̄pter intermissos
recētes, & ueteri ecclesiæ ignotos cult⁹, homines, nullius cri
minis reos, tā crudeliter occidūt. Equidem uix ullum Ger
mania carnificē habet, qui tot occiderit, quot Fabri iniquis
iudicijs damnati sunt. Hæc Faber in suo foro, ita .n. appella
re libet, facit. Sed plus periculi est, cum etiā ad principum
consilia tales, crudelitātē & ignorantiam, quib⁹ extreme la
borant, afferunt. Nunc em̄ eo loco res est, ut asperioribus re
medijs etiam in iusta caussa nemo sanus uti cupiat. Isti autē
eo animo sunt, ut manifestā impietātē, crudelitatem defendi,
& uerbum Dei extrema sauitia oppugnare uelint. Quare
ipsi uiderint, quem exitum tandem res sit habitura.

Volui autem Franciscæ, uir clarissime, hunc appendicem
examinis tibi dedicare, quod recte conuenire existimem, cū
alteram suorum laborum partem Matthias tibi dedicarit,
ut etiam hoc eius scriptum, tibi tanq; fideli eius patrono, de
fendendum committatur. Vale. Kalendis Iunijs, anno
M. D. XXXVII.

T. Vitus Theodorus.

↪ Faber respicit

ARTICVLI IN QVIBVS MAT-
THIAS DE VAY VNGARVS VVIEN-
næ a Reuerendo Patre Ioanne Fabro Constantiensi dam-
natus est, non eo prorsus ordine quo examinatus est,
sed quem memoriæ beneficio tenere potuit,
conscripti.

PRIMUM OBIECIT.

Quod Vuittenbergæ fuit & Vuittenbergensium con-
ditiones & prædicationes audiuit, qui autoritate Pon-
tificis & Cæsaris condemnati sint, proq; hæreticis deplora-
tissimis habiti. Responsio.

Primum insciari non potui, quanq; ex eorum prædicati-
onibus, cū Germanice nesciam, dixerim me nihil profecisse.

2 Quod regressus è Vuittenberga non Missauit, cum
fuerit sacerdos Romanus, sed sub utraq; specie ab altero mi-
nistro accepit Eucharistiam.

Respondi: me ad solam prædicandî prouinciâ fuisse
uocatum, nō ad missandum, ut testis est Senatus Cassouien.

3 Quod omnes Christianos dicit esse sacerdotes.

Respondi: Cum sacerdotum partes sint sacrificare, ut
Rom. 12. 1. Petri. 2. prædicare, orare. Et cum ad tria hæc
omnis Christianus ex præcepto Dei obligetur, cōsequitur,
omnes Christianos esse sacerdotes, ut sua peccata interna
& externa occidant, & mortificent, ut doceant, ut orent in-
uicem, sicut docet Diuus Iacobus. Cæterum in ecclesia uo-
catio expectanda est, iuxta illud: Nemo sibi sumat honorē,
nisi qui uocatur a Deo, tanq; Aaron. Iam quatenus prædi-
cat ecclesiæ & administrat sacramenta, seruus & minister
ecclesiæ.

Roma. 12.

1. petri. 2.

ecclesiæ dicitur, Pastor, Episcopus, Euangelista, alias est sacerdos etiam si hæc communia officia non obeat si, est Christianus.

4 Episcopum, Presbyterum Diaconum non discernit
Respon. Episcopatus, Presbyteratus, Diaconatus sunt ministeria in ecclesia, ut Acto. 1. Episcopatum eius accipiet alter. Et iterum: Elige ex his unum ad hoc ministerium, de quo præuaricatus est Iudas. Cæterum primarium officium Episcoporum est prædicare, iuxta illud: Væ mihi si non prædicauero. & Ite prædicare Euangelium. Etiam si Diaconis committant administrationem sacramentorum, & pauperum prouisionem, ut de Laurentio habemus, tamen Diaconatus nil prohibet quominus Diaconus possit prædicare, ut habetur de sancto Stephano primo Martyre. Sed hi nolunt Diaconos administrare posse sacramenta, ne dum consecrare, contra Ambrosium & Longobardum, Verum, aquam ac uinum, in calicem, & in manus Episcopi fundere. Hæc uerba Fabri erant.

5 Non ponit septem sacramenta.

Respon. Quia in Euangelio apud patres purioris seculi, duorum sacramentorum inuenimus mentionem, non plurius, & sacramentorum autor solus Deus potest esse, non homo. Hic cum ex Erasmo contra Bedam, dicerem, tempore Hieronymi matrimonium non fuisse sacramentum, parum uerecundo uocabulo notauit Erasmus, quasi duabus sellis sedentem, quem tamen alias adorabat &c.

6 Post uerba: Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus &c., dicit manere substantiam panis & uini.

s Respon.

Respon. Quæ sit uera sacramentorum natura, in dolo, usus, dixi uerbis quàm apertissimis, quod sint signa gratiæ, & bonæ uoluntatis Dei erga nos, ut nos in tentationibus consolentur, & fidem nostram in Dei promissionem confirment, corroborent ac certificent, idemq; esse officium uerbi & sacramentorum, & quod non sint uacua signa, sed uere ac realiter signati exhibitua ihs, qui sunt in ecclesia, quanq; ihs solis sunt salutaria, qui in fide & spiritualiter & sacramentaliter hæc mysteria percipiunt, præberiq; fidei certitudine & confirmatione in & sub his signis uerum corpus & uerum sanguinem Christi. Verum de transsubstantiatione dixi, quod dissentio a Sorbonicis Doctorib⁹, quam cum Faber urgeret, ego ex uerbis Pauli retinentem appellationem panis, & Christi dicentem: non bibam ex hoc genere uitis, diluebam (uocat enim uinum Christus uitis generamen) Et cum a resurrectione probarem Christum comedisse & bibisse cum Apostolis, constantissime Faber comedisse tantum & non bibisse affirmauit, contra Petrum Acto. 10. qui loc⁹ neq; mihi tūc succurrerat. Vix uspiam atrocius tumultuabatur, quàm in hoc articulo, propter quem dixit etiam me elementis purgandum esse, cum male sentiam de sacramentis.

oij gem

1

10.

Hoc est
Papistarū
purgatori
um, quo
docent.

7 Quod mulieribus permittit docere & administrare sacramenta.

Respon. Mulieres docere possunt in suo genere, ut Paulus ad Titum: Anus prudentiam doceant, aut etiam uirum si ignarus fuerit. Sic Priscilla & Aquila docent Apollo ad uitam domini, sed in ecclesia uetat Apostolus. Cæterum si prædicare possunt, cur non item administrare sacramenta tempore necessitatis, cum etiamnum mulieres baptizent infantem

fantem, & isti, more Anabaptistarum, rebaptizant, dicentes: Si non es baptizatus &c. Lege Ambrosium Ephe. 4. Tamen propter seruandum ordinem, non improbo modum moderni baptismi. Cæterum in rebaptizando infantes a mulieribus baptizatos, quæ error est, & Donatistas agant, non est huius loci differere.

Ambrosii

8 Vult ab ecclesia debere eligi pastores, non a Pontifice aut Episcopo.

Respon. Pastor eligitur ab ecclesia. Hic Faber contra: Paulus elegit Timotheum & Titum solus & præfecit Cretæ. Respondi: Elegit, sed consensu seniorum, ut scribit ad Ti. Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per impositionem manuum Præbyterij, quasi diceret senatus. At ille: Noli intelligere manum præbyterorum, sed ambas manus Pauli. Tandem ego: Pastor potest eligi & ab ecclesia, uel ab eo qui præest ecclesiæ.

9 Quod sanctorum reliquias, processiones, stulticiam esse dixerit.

Respon. Non sum tam impudenter locutus, sed habemus uiuas costas, id est, fratres, quos auro & argento demereri iubemur. De sanctorum reliquijs non extat præceptum, præter hoc, quod multorum reliquiæ uenerantur in terra, quorum animæ sunt in inferno. Sciunt ueri Christiani quomodo erga corpora & reliquias sanctorum affecti esse debeant.

10 Episcopis & sacerdotibus non prædicantibus, uetuit dari tributa & decimas.

Respon. Et Christus in hoc damnabatur falso, ut ne Cæsari darentur tributa. Non uetui, imo prædicaui reddenda ne

matth. 17.

da ne scandalizentur ceteri, Matth. 17. Qui uero iniuste
aeceperint, ipsi uiderint, quam reddituri sint rationem.

11. Beatam Virginem dicit esse peccatricem.

Respon. Scio quantum officio est de loquendum de sanctis mortuis, & de Beata semper uirgine. Sed cum ratio fidei exigatur, uere cōstitenda fides est, & solius Christi gloria: Beata uirgo fide in Christum suum filium, uerum Deum & hominem, quem corpore & corde ferebat, est beatificata, iustificata, Beata es quæ credidisti ait Elizabeth. Et, ubi fides est, quæ alienum & extra se positum quærit meritum, ibi deest proprium meritum. Ergo non proprio, sed alieno merito, quod fide apprehendebat, est saluata. Non eximo ergo ab originali peccato. Omnes enim peccauerunt, & omnes sumus natura filij iræ. Et ipsa canit spiritum suum exultasse in Deo salutari suo. Si & ipsam Deus seruauit, necesse fuit causam antecedentem fuisse, de qua seruaretur, sicut & omnes sancti, qui ut in natura, sic & in gratia pares sunt. Non defunt qui & infidelitatis eam suggillent tempore passionis filij sui, ut Simeon, non inepte dixerit, gladium pertransiturum cor ipsius. Quantum autem ad peccata actualia attinet, si quis sanctorum, hanc unam minus peccasse constanter credo, & sic actionibus externis & donis non iustifican-
tibus, eam, omnes sanctos qui fuerunt inde ab initio, excellere assero, fide iustificante parem. sanctorum enim commu-
nitas credenda est, adhuc sanctificandi uerbum, non ad so-
lam uirginem, sed æque ad omnes sanctos spectat. Zopho.
11. Sanctificauit aduocatos. Ioan. 17. Sanctifica eos in ueritate. 1. Cor. 6. Sed sanctificatio estis, Et 1. Cor. 1. Christus est sanctificatio nostra omnium.

Negat Beatæ

zopho. 1.

ioh. 17.

cor. 6. et 1.

12 Negat Beatæ uirginis & sanctorum intercessionem.

Respon. In regno fidei oramus inuicem. Orate inuicem, Iacobus. Sed in regno gloriæ solus Christus est aduocatus & mediator noster.

13 Ecclesiam Romanam negat esse ecclesiam.

Respon. Ego credo Ecclesiam Catholicam in totum orbem dispersam, fidei tamen, charitatis & sacramentorum unitate non dissidentem, etiamsi ad conseruandum ordinem & in politicum finem dispares cultus habeat. Nego ergo ecclesiam Romanam esse ueram ecclesiam, quæ sanctos persequitur, & tot malorum ansam præbuerit, nec sapiat genium capitis Christi, qui non uenit perdere, sed saluare. Hic Faber: Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, quasi ecclesia Romana ab hæreticis pateretur persecutiones. Ego: Ergo uos non estis beati, qui occiditis alios, & persecutionem non patimini. At ille: Ego plura patior una septimana, quàm tu toto anno. Etiamsi ego in carcere, in uinculis, timore, algore &c. & quod omnium maius est, in inferno, in ineffabili duello carnis & spiritus, diu noctuq; eram, de quo deficeret tempus loquentem.

O quantus
patimus
propter
regnum
Dei.

14 Negat sanctorum resurrectionem cum Christo è limbo euenturo, sed unà nobiscum resurrecturos.

Respon. Pauli est sententia, Hebræ. 11. Ne sine nobis consumarentur. Hiob 19. In nouissimo die de terra surrecturus sum &c.

Hebræ. 11.
Hiob. 19.

15 Negat Missam esse sacrificium pro uiuis & defunctis.

Respon. Qui mortui sunt, hi iam non credunt, atqui sacramenta signa sunt fidei. Cum morte enim definit fides, &

missa
Coena dñi
Eucharistia

sancti experiuntur suam salutem, uitam, ac beatitudinem. Quid ergo illis cum sacramentis? Nihil ergo Missa prodest defunctis. Est tamen synaxis seu coena domini sacrificium non propitiatorium, sed Eucharisticum & gratiarum actionis, aliàs unica oblatio. consumauit sanctos Christus in perpetuum. Hic Faber se mirari dicebat, ob hanc unam sententiam, nos hanc Epistolam amplecti non debere, cum aliàs de eius authore dubitatum sit, & Lutherus reiiciat.

16 Negat purgatorium post hanc uitam.

Respon. Cum finis fidei sit uita aeterna, 1. Petri 1. Et Ioan. 5. De morte transibit ad uitam &c. non potest esse alius quis ignis purgatorius post hanc uitam. Est tamē nostrum purgatorium Christus, seu fides in Christum. Hebrae. 10. Qui per se purgationem peccatorum nostrorum fecit. Et Ecclesiasticus: Christus purgauit peccata ipsius. Acto. 15. Fide purificat Deus corda nostra.

17 Sola fide dicit nos iustificari, non ex operibus.

Respon. Per terminos, sola, gratis, sine operibus &c. non opera fidei excludo, sed fiduciam operum, & eam in solius Christi beneficium transfero. Opera ergo nostra non sunt antecedens caussa iustificationis nostrae. A caussa ergo iustificationis non ab effectu opera excludo, Et quidem coram Deo, apud quem sola fides gratuita misericordiae per Christum iustificat, duplici egemus iusticia, fidei & operum. Hic Faber, probabis ex scripturis sacris, quod sola fides iustificet, & statim dimittam te liberum. Dixi hanc uoculam Sola expresse non haberi in scripturis sacris, sed multae sunt aequipollentes sententiae, Gal. 2. Non iustificatur homo ex operibus legis nisi ex fide Iesu Christi. Nisi ex fide, quid aliud

1. petri
108.

Galat. 2.

aliud est, quam sola fide? Et huiusmodi aliter dicebam, sed na-
so suspendebat. Et cum ex Ambrosio & ex alijs pergerem
probare, nihil fecit. Cæterum cum probaret ex operibus
nos iustificari citabat illud Pauli Rom. 2. Non auditores, Rom
sed factores legis iusti sunt apud Deum. Interrogavi pa-
tr^m Domine Episcopo, quid est facere legem? At ille: E-
dere. Tum ego: Si facere legem est credere, cur hac feri-
tia, quæ est de fidei iustificatione, ad operum iustificatio-
abuteris? Sed elapsus est per Episcopalem licentiam.

18. Infantes propria dicit saluari fide non aliena, id est,
ecclesiæ.

Respon. Omnibus qui saluari uolunt, fides est necessaria
qua sine nemo potest placere Deo, Hebræ. 11. Et pueri cre-
dunt, sed quomodo, nihil ad nos. Hic de fide multa, quam *Hebræ.*
cum definirem esse certitudinem sperandarum rerum. Qui-
dam ex confessoribus ad Episcopum, permittite inquit, reue-
rende Pater ut loquar. Annuit. At ille: Nego, inquit, fidem
esse certitudinem sperandarum rerum. Ego dicebam: Pau-
lus ad Timotheum dicit: Scio cui credidi & certus sum.
Quo spiritu hoc dixit? Hoc uel ipsi Fabro displicuit, nec
amplius ille locutus est.

19. Negat auricularem confessionem.

Respon. Confessionem fidei quæ fit soli Deo, & charita-
tem quæ fit offensis fratribus non nego, & doceo pastorem
adiri debere doctrinæ, consilij & consolationis gratia, & pro-
pter priuatam absolutionem, cuius uerbo perinde est cre-
dendum ut ipsi Christo. Qui uos audit me audit. Sed ab-
usum auricularis confessionis abhorreo.

20 Dicitur potestatem ligandi & soluendi omnibus Christianis datam a Christo.

Respon. Verum est quod sit data omnibus Christianis. Nam Petro in persona totius ecclesie data est, sed usus publicus non omnibus est deus, ut sciamus ordinem seruare in ecclesia, si autem in particulari fuerit uel suae functioni respondeat, doctiorem medicum adibo, is quisquis sit, non refert.

Quod mulieribus potest fieri confessio.

Respon. Si praedicare possunt, cur non etiam uel consulere uel consolari priuatim? Alicubi interrogabam Episcopum, cur de his minutulis examinerer, & non potius de articulis fidei, qui in nostra salute maioris sunt momenti. Respondit: Qui in his minutulis errat, fieri potest, ut & in maximis erret.

22 Festos dies non habet.

Respon. Cum omnes dies festi sint Christiano, statim tamen dies esse debent ad audiendum uerbum Dei, ad percipienda sacramenta, ad pauperum uisitationem.

23 Docuit sub utraque specie communicandum.

Respon. Verum est quia sic instituit Christus. Et docuit ac scripsit Paulus: Probet autem seipsum homo &c. Tamen infirmitatis semper habui rationem.

24 Ieiunia instituta ab ecclesia reprobant.

Respon. Abusum reprobant, & libertatem Christianam urgeo, habita semper infirmorum ratione.

Negat

25 Negat liberum arbitrium.

Respon. Duplex est tabula, duplicē requirit iusticiam. Alterius tabulæ præcepta nos utcūq; posse præstare, id est, politicam iusticiam & opera rationis subiecta, quæ uel ipsi Ethnici non pauci præstiterunt, si uel meritis uel gratia. Sed præcepta primæ, si non ac gratia Dei per Christum nulla ratione præstare posse. Tunc Faber: Hanc distinctionem e a magistro quidem tuo audiui unq; (intelligebat autem Lutherum) cum tamen non erat Lutheri sententia, sed Augustini 3. Hypog. cuius uerba reddideram Episcopo.

26 Horas Canonicas reprobat.

Respon. Inuitaui populum & sacerdotes ad lectionem sacrarum scripturarum, Ioan. 5. Acto. 17. Illam battalogiam quæ nec legentibus nec audientibus prodest quicq;, reprobauit, quæ est conscientiæ & corporum carnificina.

27 Ut missent communi lingua.

Respon. Apostolus 1. Corint. 14. insaniam uocat loqui linguis in ecclesia. Dixi aperte Episcopo, quod Regia Maiestas & alijs bonis uiris debuerat committere negocia mea, nam a quibus condemnarer, horum iudicium etiam apud suos esset suspectum.

Cum ab Episcopo in fine primi examinis ducerer eo unde eduxerant, conuersus ad me dicebat: Benedicerem tibi, si Christianus esses. Ex abrupto ego respondi: Non indigeo tua benedictione, est Deus qui benedicet mihi & miseretur etiam olim. Multa alia sunt acta, quæ non succurrunt, Episcopus excepit omnia per amanuensem suum.

FINIS.

ERRATA.

Litera a, folio secund^o e prima, linea quinta, pro Cas^o
Litera h, folio ^{secund^o} facie 1. linea 2. pro manus, lege munus.
Litera k, folio 2. facie 1. linea 10. pro captius, lege captiuis.

Handwritten text in a medieval script, likely Gothic or similar, on aged, stained parchment. The text is arranged in approximately 15 lines, though many characters are obscured by water damage and discoloration. Some words are written in red ink (rubrication), including what appears to be "et" at the beginning of the first line and "et" at the beginning of the second line. The text is difficult to decipher due to the poor condition of the manuscript.

Confessio
Augustana

Th
1477

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is partially obscured by the binding and is difficult to decipher. Some legible words include "Herr", "Gott", and "Christ".

Handwritten text in red ink, possibly a signature or a specific reference, located near the bottom of the page.